JOAN. SLEIDANI
De
Quatuor Monarchiis
LIBRI TRES.

Cum NOTIS
H. MEIBOMI & G. HORNI.

Editio prioribus Correctior & Emendatior.

CANTABRIGIÆ,
Ex Officinâ *Johan. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi.
Impensis *H. Sawbridge*, ad Insigne *Bibliorum*, in vico vulgò vocato **Ludgate-Hill**, *Londini*. 1686.

CELEBERRIMO VIRO,

JOH. CHRISTENIO,

J. C. Amſtelodamenſi

EMINENTISSIMO.

MOnumentum tibi, poſt tot annorum notitiam, intimo & fideliſſimo amico, JOH. SLEIDANI, auctum notis Meibomianis, meiſque qualibuſcunque animadverſionibus, conſecrare volui, debuique. Quis enim præteritorum revolvat annorum notitiam; quin ſinceram inter nos & inviolabilem, tot jam annis, (viginti & unus elabuntur) amicitiam multis

ſane turbidis interea tempeſtatibus, agnoſcat pariter ac laudet? Nam cum multoties Lugduno in Orbis Theatrum, urbem urbium, Mundi Miraculum, Amſtelodamum veſtram & negotiorum privatorum ergo & tui, amici Pyladei cauſa, atque etiam animi exhilarandi ergò, excurrerem; ſemper à te & humaniſſimè exceptus & inſignibus amicitiæ documentis, ut nihil nunc de eruditiſſimis colloquiis, præſertim ea in Philoſophiæ parte quam uterque colimus, dicam, ad noſtrum Lyceum præmiſſus ſum. Acceſſit, dum hæc ſcriberem, Generoſus noſter & amicorum Princeps BARTHOLOMÆUS ABBA Juris omnium humaniorum-

niorumque ſcientiarum expertiſſimus, qui & tuam erga ſe non ſatis deprædicare potuit humanitatem, mihique imprimis author fuit, ut inviolatæ amicitiæ noſtræ in hujus opuſculi frontiſpicio expreſſam mentionem facerem. In cujus honorem Nobiliſſ. & Incomparabilis Bataviæ noſtræ Poëta, nuper ita cecinit:

ABBA Pater Patriæ, Muſarum gloria prima,
Et decus Aonii Pieriiq; chori
Tu patrios ſuperans propria virtute Marones.
Et furis & docto fundis ab ore melos.

Quo quidem officio nihil mihi tibique accidere potuit jucundius, cum ſciam quantum ejus excellentiſſimo ingenio moribuſque

que ad omnem ingenuitatem compositis, tribuas, ipseque prorsus filialem tuis erga se meritis, reverentiam exhibeat. Quare hoc quoque nomine gratam tibi hanc compellationem fore existimo, præsertim quia Carminibus ejus, quæ cum quovis Poëtarum nostri seculi, elegantia & gravitate certant, & quibus sibi Procerum hujus invictæ Reipubl. benevolentiam conciliat, impensè juxta mecum delectaris, ipse in Latino carmine veterum puritatem examussim æmulans ac Horatii tui felicissimus imitator. Ita ut nobilissimum par Poëtarum conjungere hoc alloquio visum fuerit.

Quare maneat hoc nunquam periturum, jam olim in Gelris inter nos initum fidei pignus: teque

Deus,

Deus, cum tota Civitate, cui fidem addixisti, servet, augeat ac perpetim felicem faciat.

Si quid autem præterea existimaveris proficisci ad te posse, à mea fide & integritate, id omne tibi promptum paratumque scias, neque ulla unquam locorum intercapedo me à te abalienabit, sed ero amicus certus in re incerta. Lugd. Holland. Kal. April. cIↃ IↃc LXIX.

G. HORNIUS.

AD

AD LECTOREM.

ECCE tibi, *Amice lector*, *Johan. Sleidani de quatuor ſummis Imperiis libellum, noſtris annotationibus auctum ac locupletatum una cum notis Henrici* Meibomi, *olim in Julia profeſſoris Clariſſ. qui auctores ex quibus hæc ſunt depromta, ordine annotavit & ipſos indicavit fontes unde omnia copioſius hauriri poſſunt. Et quan-*

quanquam pro magnitudine rerum, brevior omnino & contractior videatur autor, ea tamen ipſius apud eruditos hactenus fuit exiſtimatio, ut frequentiſſime recuſus, omnium hodieque manibus teratur. Perſequitur enim maxime inſignes caſus ac Imperiorum mutationes & oſtendit ſucceſſionem populorum ac temporum: præcipue ubi ad Eccleſiæ recentiora certamina perventum, aperit ex ipſis fontibus illas horribiles Imperatorum & Pontificum colliſiones inde uſque

que ab Henric. IV. ævo ad Carolum Quintum, in quo desinit.

Nam quæ porro sequuntur, in peculiari de statu Religionis Commentario, copiosè & ornatè tradit, omnem nimirum sui temporis Historiam: ac ubi ipse desinit, I. Augustus Thuanus *porro multis voluminibus, ad nostram usque ætatem, pertexit.*

Vale lector amice & his qualibuscunque tui commodo, utere.

JOAN-

JOANNIS SLEIDANI De QUATUOR SUMMIS IMPERIIS.

LIBER I.

PRius, quàm de quatuor ſummis, & præcipuis orbis terrarum Imperiis dicam, de *Babylonico*, *Perſico*, *Græco*, *Romano*, breviter hoc mihi præfandum eſt, in annorum ſupputatione [1] ab orbe condito, magnam eſſe diſſenſionem: nam & Hebræi & Euſe-

COMMENTARIA.

[1] *Ab orbe condito*] Ad *Diluvium* ſunt anni 1656. Ad vocationem Abrahami 2000. Ad dedicationem Templi Salomonis 3000. Ad nativitatem Chriſti 4000. A nato Chriſto ad hunc præſentem annum ſecundum vulgarem ſupputationem anni 1668 ſecundum accuratam 1672.

Eusebius & Augustinus & Alphonsus & Mirandula, multum inter se discordant: veruntamen, quia plerique omnes nostri seculi viri docti, rationem Hebræorum, hac quidem in parte sequuntur, vestigiis eorum & ipse insistam cum res ita feret.

Annos ab orbe condito ad Christum natum numerant.

- Hebræi
  - Talmudici 3784.
  - Rabbini recentes 3760.
  - Josephus 4102.
- Græci
  - Metheodorus 5000.
  - Eusebius 5990.
  - Theophilus 5476.
- Latini
  - Hieronymus 3941.
  - Augustinus 5351.
  - Isidorus 5210.
- Recentiores.
  - Beda 3952.
  - Alphonsus 5984.
  - Picus 3970.
  - Alii 3962.

Vide Gilbert. Genebrar. lib. 1. Chronographiæ.

[1] Ac principio quidem, ut ad institutum veniam, ad primum videlicet imperium, omissis illis, quæ in omnium primam ætatem inciderunt, omissa quoque narratione diluvii, quandoquidem sacris literis hæc omnia continentur,

[1] Genes. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. Xenophon in æquivocis tradit, Sex inundationes maximè celebratas recenseri. Tempus autem hujus diluvii in autumnum refert Josephus Antiquit. lib. 1. cap. 5. *alii in tempus vernum collocant, quod credibilius sit*, Moisen supputare menses eo more, quem ipse Israhelitis tradiderat.

tur, neque melius dici possunt, *exordium mihi sumam ab eo tempore, quo dissipata rursus aquarum mole, & deficcata terra genus humanum, tunc ad paucissimos redactum, denuò propagari cæpit.*

[1] Diluvii tempus ad annum ponitur orbis conditi milleſimum ſexcenteſimum quinquageſimum ſextum: Methuſalah autem, ſeptimus ab Adam, hoc ipſo tempore moritur, annos natus nongentos ſexaginta novem: erat tum Noah, nepos Methuſalah, ex filio Lamech, ſexcentorum annorum, & ſingulari Dei beneficio cum ſuâ familia ſervatus. Ubi jam paulatim augeſceret hominum numerus, author ſuis liberis atque poſteris fuit, ut in diverſas regiones profecti terram colerent & oppida ſibi conſtituerent, *ſuam denique cuique provinciam, ſorte illis deſignavit, anno circiter centeſimo poſt diluvium.*

Quo quidem tempore, Nimrod Nohæ pronepos, una cum ſuis in terra Chaldæorum conſedit.

[2] Cumque tandem creſcente hominum multitudine migrandum eſſet quam plurimis, & di-

didérat. Item quod folium oleæ ad Noham allatum à columba, verum tempus monſtret, quæ teſte Plinio lib. 16. cap. 25. tum ooret.

[1] Geneſ. 5. & 7. 8. 9. 10. Epiphanius in panario hæreſi 66. Sulpit. Severus lib. 1.

[2] Gen. 11. D. Hieronymus in 14. caput Iſaiæ,

& diverſæ quærendæ ſedes atque coloniæ: voluerunt antea perpetuum ſui monimentum relinquere, *& duce Nimrodo cæperunt urbem ædificare, in eaque ſummæ turrim altitudinis:* & immenſiores iræ divinæ, quæ nuper totum orbem terrarum abſorpſerat, & de qua diligenter ac ſæpe multumque Noha illis haud dubie concionatus erat, nominis ſui famam ſuperbis & ambitioſis operibus extendere cogitabant.

[1] Offenſus autem Deus irritos fecit illorum conatus, linguarum immiſſa conturbatione, cum primis unum fuiſſet & idem ſermonis genus apud omneis. Itaque ab opere inchoato coacti deſiſtere, in varias mundi partes abierunt.

[2] Ab hac linguarum conturbatione nomen urbs accepit, ut *Babel* diceretur: *ab eoque tem-*

turrim hanc vocat arcem jen Capitolium in urbe Babylone. Credibile autem eſt, hanc hiſtoriam Poetis occaſionem dediſſe fingendi fabulam de Gigantibus, qui congeſtis altiſſimis montibus, cælum oppugnare conati ſunt. Michael Glycas in ædificatione turris 40. annos conſumtos ſcribit.

[1] Joſeph. Antiq. Jud. lib. 1. cap. 5.

[2] Auguſtinus de civit. Dei, lib. 16. 6. 4. & 11. & lib. 17. c. 16. Beroſus l. 4. Matth. Beroaldus lib. 3. Chronicorum cap. 2. *Babel, unde eſt Babylonis profectum vocabulum, idem eſt ac ſi dicatur Ba, id eſt, venit, & Bel, hoc eſt, confuſio, id eſt, pro gloria quam homines Dei ſecuri ſomniabant, & quærebant, retulerunt juſto Dei judicio*

tempore, [1] *nimirum ab anno poſt diluvium circiter* CXXXI, *regni Chaldæi ſumitur initium, & Babylonici.*

[2] Primus *autem Rex fuit is*, quem diximus, *Nimrod*, qui LVI. annis ſcriptura vocat robuſtum venatorem, & vim atque potentiam ei tribuit.

[3] Alii Saturnum vocant, eumque Imperii ſui anno XLV. miſiſſe principes aiunt coloniarum huc illuc, Aſſur, Medum, Magogum, Moſcum, qui regna ſui nominis condiderunt, Aſſyrium, Medum, Magogum, Moſcum, è quibus duo quidem illa prorſus ad Aſiam, tertium autem atque poſtremum ad Aſiam atque Europam pertinent.

[4] Ipſius Aſſur meminit etiam ſacra ſcriptura,

judicio confuſionem & ignominiam.

[1] *Nimirum ab anno.*] Monarchiæ vulgariter 4. numerantur. *Babylonica* ſive Aſſytja, *Perſica*, *Macedonica* & *Romana*. *Prima* & antiquiſſima cenſetur *Babylonica*, cujus tamen antiquitatis admodum ſunt incerta & fabuloſa, quapropter omnia illa quæ de primis Aſſyriorum Regnis traduntur, tanquam incerta & parũ profutura omitti poſſunt.

[2] Gen. 10. 1 Paral. 3. Michææ 5. terra Babylonica terra Nemrod nominatur.

[3] Beroſus lib. 5. Xenophon in Æquivocis. *Archilochus de temporibus. Gog & Magog non eſſe certas gentes, Auguſtinus lib.* 20. *cap.* 11. *de civitate Dei demonſtrat. Adde quæ habet Vives interpret. Suidas in voce Magog. Perſas à populariburs ſuis Magog & Maguſæos appellari ſcribit.*

[4] Gen. 10. Ninivem

ptura, & Ninivem urbem ædificatam ab eo dicit.

[1] Nimrodo ſucceſſit *filius Jupiter Belus, qui ad occidentem* ſolem occupaſſe traditur omnem agrum in Sarmatiam uſque Europæam, ac deinde bellum quoque feciſſe Sagarum regi Sabatio, quem non ipſe quidem, eò quod morte præpediretur, ſed ipſius filius Ninus oppreſſit, & productis longè lateque finibus, Monarchiam primus omnium cepit.

[2] Trecentis quinquaginta poſt diluvium annis Noah moritur, & duo de vigeſimo poſt anno circiter Abraham, decimus à Noah, juſſus à Deo, patriam relinquit, cum eſſet annorum ſeptuaginta quinque: vigeſimo quarto autem anno poſtea, fœdus cum illo facit Deus per circumciſionem quam inſtituit. Centeſimo ætatis anno natus eſt ei filius Iſaac, poſt illud tempus vixit annos ſeptuaginta quinque; nam

urbem Herodotus libro primo in ripa Tigris conditam fuiſſe refert. Meminit & Lucianus in Charonte; Hieronymus in locis Hebraicis duas hujus nominis urbes facit: Unam Aſſyriorum ab Aſſur ædificatam: aliam in Arabia angulo ſuo tempore corruptè Nevenem vocatam.

[1] Beroſus lib. 5. Meminit Beli Archilochus, Oroſius lib. 1. cap. 1. Marcellinus lib. 23. Ninus memoratur à Strabone, Diodoro, Juſtino. Videatur Auguſtinus de civitate Dei lib. 16. cap. 3. & 15. lib. 8. cap. 2.

[2] Geneſ. 11 17. 22. cap.

[1] A. 36.

nam humanæ vitæ ſpacium multò jam erat contractius.

[1] Quomodo nepos ejus Jacob, quaque occaſione devenerit in Ægyptum, ibique ſit mortuus, quomodo deinde ipſius poſteritas aliquot ſeculis in Ægypto permanſerit, & duriſſima ſervitute preſſa, beneficio Dei, per Moſen adminiſtrum educta fuerit atque liberata, ſacræ literæ docent:

[2] *Ponitur autem hæc emigratio Iſraëlis ex Ægypto, ad annum orbis conditi bis milleſimum quadringenteſimum quinquageſimum quartum*, nempe quadringentis annis & triginta poſt promiſſionem Abrahamo datam, ut ait Paulus Apoſtolus.

[3] Poſt Moſen, judices habuit populus Iſraëliticus, ad Saulem uſque, cui David ſucceſſit, rex alter ejus populi.

[4] Nunc ad Babylonicum imperium revertamur. [5] Nino mortuo, regnavit ejus uxor

[1] A. 36. c. Geneſ. uſque ad 14. Exodi.

[2] Galat. 3.

[3] 1. Lib. Jud. 1. Reg. 1. Paralip. Joſeph. in Antiquit. Judaicis.

[4] Beroſus lib. 5. Propertius lib. 3. Elegia 9. Dionyſius in deſcriptione orbis.

[5] *Nino mortuo.*] Antiquiſſimus Aſſyriorum Rex apud profanos Scriptores cenſetur fuiſſe *Ninus*, de quo hæc mirabilia narrantur. Primo in exercitu habuit *decies ſeptiès centena millia* peditum & *trecenta millia* equitum, quibus cum copiis totam Aſiam ſibi ſubjecit. Secundo, interfectus ab uxore

uxor [1] Semiramis, quæ divitiis & victoriis & triumphis nulli mortalium cessit. Babylonem oppidum extendit, & justæ magnitudinis urbem effecit, & variis ornavit ædificiis, muroque cinxit.

[2] Æthiopiam divicit, & in India quoque bellum gessit.

[1] Ejus

sua Semiramide: cum enim ei in triduum permisset imperiū, ipsa prima die jussit ipsum vinciri, Secunda in carcerem conjici, tertia necari. *Semiramis* primo instituit imperium fœminarum, hinc omnes fœminæ bellicosæ & imperiosæ vocantur *Semiramides*, quales fuerunt *Artemisia* Regina Cariæ, *Margaretha* Regina *Daniæ*, *Elisabetha* Regina Angliæ & superioribus annis in obsidione Harlemēsi virago illaquæ vocatur *Kennava*. Multa miraculosa & fabulosa referūtur de hac Semiramide, quæ apud Diod. Siculum, & Justinum legi possunt. Imprimis urbem Babylonem magnificentissimis structuris ornavit, unde *horti pensiles* Semiramidis inter septem orbis miracula referuntur.

[1] *Zameis.*] Zameis alio nomine vocatur *Nyniæ*, hic totum sese otio & voluptatibus dedit adeoque Epicureā vitam instituit. dicebat nullum in tanta vitæ humanæ brevitate multis se macerare curis & molestiis, quin potius hilariter quamdiu liceat vivendum, neque futurarum rerum spe vel metu animum excruciandum, ut ejus exemplum omnes Assyriorum Reges usque ad Sardanapalum secuti fuerint: Qui sequuntur Reges usque ad Sardanapalum omnes sunt obscuri adeoque non est operæ pretium in illis commemorandis immorari.

[2] Archilochus, Diodorus Siculus lib. 5. Strabo.

[1] Ejus filius Zameis, quintus rex, nihil memorabile perfecit, ſed proximus ab eo Arius Bactrianos & Caſpios imperio ſuo conjunxit.

[2] Qui ſucceſſit huic Aralius, ingenio quidem & ſtudio militari clarus fuiſſe traditur: quid autem geſſerit, non eſt proditum literis.

[3] Alter ab eo Baleus, quamplurimas gentes domuit, ſuoſque fines ad Judæam uſque produxit, *ideoque Xerxes fuit cognominatus, hoc eſt, victor & triumphator, ſeu bellator.*

[4] Armatrites, nonus, voluptatibus & otio plane fuit addictus.

[5] De Belocho, decimo nihil traditur, niſi quod auſpicia curavit, & divinationes.

[6] Baleus, undecimus, alteram à Semiramide

bo. Juſtinus. 1. Auguſtinus de civitate Dei lib. 18. cap. 2. Oroſius lib. 1. cap. 7. Iornandes lib. 1. Suidas in voce Semiramis. Ningas

[1] Beroſus lib. 5. Juſtinus 1. Diodorus 3. Metaſthenes, Caſſiodorus, Euſebius, Iornandes.

[2] Beroſus lib. 5. Euſebius, Caſſiodorus, Metaſthenes, Auguſtinus lib. 18. cap. 3. de civitat. Dei Iornandes.

[3] Beroſus lib. 5. Euſebius, Caſſiodorus, Metaſthenes, Auguſtinus, Iornandes.

[4] Herodotus liber 5. Caſſiodorus Armametrem vocat. Auguſtinus lib. 18. cap. 3. Iornandes.

[5] Metaſthenes Priſcum nominat. Auguſtinus lib. 18. capit. 3. Iornandes.

[6] Beroſus. Metaſthenes. Auguſtinus lib. 10.

de laudem habet virtutis & industriæ militaris, & doctorum hominum scriptis valde celebratus fuisse dicitur.

[1] Alcadas, duodecimus, ocium & vitæ *tranquillitatem secutus fertur, eò quod stultum esse duceret, multis fatigari laboribus, & variis implicari curis, amplificandi regni causa: quoniam ea res ad nullam hominum salutem & utilitatem, sed ad detrimentum potius atque servitutem pertineret.*

[2] Qui hunc excepit, Mamitus, decimus tertius, belli curam atque laborem in suis iterum excitavit, ejusque fuit suspecta potentia Syris & Ægyptiis.

[3] In Mantaleo, decimoquarto, narrandi deficit argumentum.

[4] Sphæri, decimiquinti, magna dicitur fuisse virtus atque prudentia.

[5] Mameli, decimisexti, nullum facinus commemoratur.

[6] Sub Spareto, decimoseptimo, proditum est, passim accidisse miranda.

[1] Qui

cap. 4. Cassiodorus. Iornandes.

[1] Berosus, Metasthenes, Cassiodorus, Iornandes.

[2] Berosus. lib. 5. Metasthenes, Augustinus lib. 18. cap. 7. Iornandes.

[3] Metasthenes, Cassiodoro dicitur Mechaleus. Iornandes.

[4] Metasthenes, Augustinus lib. 18. cap. 8. Iornandes.

[5] Metasthenes, Iornandes.

[6] Cassiodoro hic Sputaetbus

[1] Qui fuit decimus octavus, Ascatades, omnem Syriam suæ ditionis fecit.

[2] *Et hactenus quidem is, qui circumfertur, Berosus: de quo quidem scripto plerique omnes valde dubitant, & adulterinum esse putant: sed quoniam aliis monumentis hac in parte destituimur, hunc ordinem sequimur.*

[3 4] Ab aliis deinde reges viginti numerantur *ad Sardanapalum usque, trigesimum octavum Assyriorum regem.*

[1] Fuit

taethus dicitur Iornandes.

[1] Iornandes, & alii.

[2] Beatus Rhenanus rerum Germanicar. lib. 3. Ludovicus Vives commentario in Augustin. de civitate Dei, cap. 4. lib. 7. Caspar Peucerus in Chronico, Gulielmus Cambdenus in sua Britannia, *aliique plurimi adulterinum censent Berosi scriptum.* Videatur præterea Casparis Varreri censura de Beroso Romæ excusa.

3. Metasthenes. Manetho. Cassiodorus. Euseb. Hernandus.

[4] *Ab aliis deinde.*] Trigesimus octavus *Sardanapalus* exemplum Principis

effœminati & qui plane omnem animum virilem exuerat adeoque totam vitam inter scorta transegit & quemadmodum *Semiramis* ponitur pro fœmina masculina, ita *Sardanapalus* pro viro muliebri: nil igitur in vita Sardanapali est memorabile, nisi ipsius animi & corporis mollities & mors, non quidem generosa, sed desperata: Cum enim obsessus esset in urbe Ninive, ingentem pyram construxit, & congestis in eam omnibus suis divitiis sese cum suis scortis in ea vivus combussit, atque ita hostibus suis nil nisi cineres pro præda reliquit.

Sym-

[1] Fuit hic omnium hominum longè effœminatissimus: inter mulierculas perpetuò desidens, colum & lanam tractabat, adeò totus immersus voluptatibus, ut vix unquam sui conspectum præberet. His rebus alienati ab eo duo quidem ejus præfecti, Belochus Babyloniæ, Arbaces autem Medorum, facta conjuratione, cum turpitudinem ejus atque mollitiem vulgo traduxissent, bellum fecerunt. Ipse *cum* suo *semiviro comitatu*, vix tandem progressus in aciem, re malè gesta profugit in regiam, & constructa pyra, se divitiasque omnes in ignem abjecit, hoc uno facto virum imitatus, ut quidem ait.

[2] [3] *Hi duo præfecti monarchiam post inter se partiuntur, & Belochus quidem Babylonis, Arbaces vero Medorum atque Persarum rex factus est.*

[1] Fuit

Symbol. Sardanapali fuit: *Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas.*

[1] Cicer. in Parad. Virgil. 4. Æn. De Sardanapalo Justinus lib. 1. Vellejus lib. 1. Athenæus lib. 12. 6. 12. Oros. lib. 1. cap. 19. Augustinus lib. 3. cap. 20. de civitate Dei. Cicero 5. Tuscu. quæst. Ovid. in Ibin. Iornandes lib. 1. Suidas in voce Sardanapalus, & κονσκυλλοεργός. Constantinus Manasses in Annalibus de interitu Sardanapali variat.

[2] Arbaces hic Justino Arbactus dicitur lib. 1. Orosio lib. 2. cap. 2. Arbatus: Velleio mendosè Pharnaces pro Arbaces.

[3] *Hi duo.*] Post interitum Sardanapali Monarchia divisa fuit in duo Regna, *Babyloniorum & Medorum*,

[1] Fuit ergo Sardanapalus Assyriorum rex postremus, in eo quidem ordine, *quum ad mille trecentos annos ea Monarchia stetisset*: nam plerique reges omnes diutissimè vixerunt.

[2] Belochus, quadragesimus nonus, aut si magis libet, primus Assyriorum rex, in nova monarchia, Manahem regem Israëlis, vectigalem sibi fecit: hunc scriptura sacra non Belochum, sed Phul appellat.

[3] Ei successit Phul Assur, cognomento Tiglath Pilleser, qui urbes aliquot Judææ cepit, & populum in Assyrios captivum abduxit: hunc ipsum Tiglath, Achas rex Juda, sub quo vixit Esaias, de auxiliis interpellavit adversus regem Syriæ, eique dona misit.

[4] Tiglath regem secutus est Salmanasser, qui Samariam urbem post trium annorum obsidio-

dorum. Inter Reges Babyloniorum præcipue commemorantur in S. Scripturis *Sennacherib* & *Nebucadnezar*, à quo ultimo Hierosolyma fuit expugnata & Judæi in captivitatem Babylonicam deducti. Atque hæc dixisse sufficiat de primis illis & antiquissimis temporibus, ubi omnia adeo sunt vel obscura vel incerta vel fabulosa, ut, nisi quantum in S. Scripturis commemoratur, nil fere memoriæ dignum tradi queat.

[1] Iornan. 1240. annos numerat.

[2] 4 Regum 15. 1. Paralip. 5. Metasthenes.

[3] 4 Reg. 15. 1. Paral. 5. 2. Paral. 28. Esaiæ 7, & 9. hoc fœdus vehementer dissuadetur.

[4] Tobia 1. 4 Reg. 18. Jose-

ſidionem cepit, & Hoſeam regem Iſraëlis unaque populum abduxit, & per ſuam ditionem illis domicilium attribuit, etiam in Medis, ut ait ſcriptura: Unde quidam colligunt: ipſum imperaſſe quoque Medis.

[1] Eum excepit Sennacherib, qui Ninivem urbem inhabitavit: Ezechiam regem Juda multavit pecuniis, ac deinde cum ingenti exercitu Hieroſolymam obſedit; & miſſis legatis populum ad defectionem hortabatur, & regem, qui auxilium à ſuo Deo ſperaret, irridebat: ſed non tulit impunè, nam percutiente angelo Dei, deſideravit una nocte ad centum octoginta quinque hominum millia, quod Ezechiæ regi paulò antea per Eſaiam Deus confirmaverat.

[2] Deinde domum reverſus, à ſuis ipſe liberis fuit interfectus.

[3] Huc uſque Babylonii, poſt debellatum Sardanapalum, Aſſyriis paruerunt: cum autem Sennacherib tantam, ut diximus, calamitatem ad Hieroſolymam accepiſſet, neque multò poſt à ſuis filiis eſſet trucidatus, magna fuit inſecuta rerum mutatio, & diviſum eſt regnum; nam qui eam cædem fecerant, duo fratres Adra-

Joſephus lib. 9. cap. 13. & ſeqq.

[1] 4 Reg. 18. 4 Reg. 19. 2. Paralip. 32. Siracidæ 48. Eſaiæ 37.

[2] Joſeph. lib. 10. Antiquitatum Judaicarum cap. 1. & 2.

[3] 4 Reg. 19. Eſa. 37. Metalthenes.

[1] 4 Reg.

Adramelech & Saraſar, profugerunt quidem, ſed nihilominus vim & arma pararunt in fratrem Aſſaradonem, qui poſt necem parentis regnum occupaverat, cum antea quoque per abſentiam illius rempublicam geſſiſſet.

[1] Hanc adeptus rei bene gerendæ, Merodach Babyloniæ præfectus defecit, & indicto bello, cum vicinas undique gentes, partim gratia, partim vi paulatim ad ſe traduceret, duodecimo demum anno ſui regni devicto Aſſaradone, totum Aſſyriorum imperium Babyloniis adjunxit, & XL. poſt annis regnavit.

[2] Ab hoc nonnulli ponunt Benmerodach & Nabuchodonoſor, ejus nominis primum: ſed quia literæ ſacræ nihil ea de re produnt, nec aliis temerè poteſt adhiberi fides, *eum Nabuchodonoſor, de quo ſcriptura ſacra plurimam mentionem facit, proximum à Merodach numerabimus.* Is ergo ſtatim à primis annis bellum fecit Ægyptiis, & regionem omnem, quæ eſt inde ab Euphrate uſque ad Peluſium, illis ademit.

[3] Jojachim regem Juda vectigalem ſibi fecit & octavo ſui regni anno filium Jechoniam regem

[1] 4 Reg. 20. 2 Paralip. 32. Metaſthenes. Eſaias c. 39. Joſeph.

[2] Metaſthenes. *Peluſium nominatur à Suida clavis Ægypti, & ingreſſus & exitus.*

[3] 4 Reg. 24. Jeremiæ 46. Joſephus libro 10.

regem unà cum præcipuis viris & artificibus, non tantum urbis Hieroſolymæ, ſed totius quoque regionis, Babylonem captivos abduxit.

[1] Anno XVIII ſui regni Hieroſolymam obſeſſam per biennium cepit, ac paulo poſt diripuit, incendit, muros diruit, potiſſimam populi partem captivam abduxit, regem Zedechiam exoculavit, filios illius atque proceres interfecit. Hanc verò calamitatem Hieremias anno primo regni Nabuchodonoſor prædixerat: ab hoc quidem tempore numerandi ſunt anni ſeptuaginta captivitatis Babylonicæ.

[2] Ad annum circiter XXIV ſui regni, Nabuchodonoſor, devictis Amonitarum & Moabitarum regibus, exercitum duxit in Ægyptum, & occupata regione tota, MONARCHIAM poſt inchoavit.

[3] Altero anno Monarchiæ, ſicut noſtri temporis viri docti rationem putant, per ſomnium vidit ſtatuam ingentem, cujus erat caput

[1] 4 Reg. 25. 2 Paral. 16. Joſephus liber 10 cap. 1.

[2] Jerem. ultimo. Jerem. 25. Jerem. 4.

[3] Lutherus. Funccius & alii in Chronologiis. Dan. 2. Joſeph. Antiquit. Judaicar. lib. 10. cap. 11. *Doctrinam hanc de quatuor orbis terrarum catholicis imperiis ſeu monarchiis, poſt Rabbinos impugnavit Johannes Bodinus Gallus, in ſua hiſtorica Methodo, cui præter alios reſpon-*

caput aureum, pectus unà cum brachiis argenteum: venter & femora ex ære, crura ferrea, pedum pars aliqua ferrea, pars autem fictilis. Expergefactus, cum non recordaretur ſomnii, & tamen valde eſſet attonitus, convocatis ariolis & divinatoribus mandat, ut quale fuiſſet ſomnium, explicarent: niſi facerent, capitis pœnam denunciat. Ea re cognita, Daniel adoleſcens, qui cum reliquis fuerat captivus eò deductus Hieroſolymis, nunciabat, ſe poſſe regis deſiderio ſatisfacere: productus, incepit, & primò quidem, quid ſomniarit, oſtendit, deinde, quid ſibi vellet ſomnium, interpretatur; & ſtatuam illam ſignificare dicit quatuor orbis imperia ſumma, quæ ſint ordine ſucceſſura: & ad ipſum regem oratione converſa, Tu, inquit, quem ſumma potentia Deus ornavit, atque gloria, cui dedit imperium in omnes homines, & beſtias agri, volucreſque, tu nimirum es illius ſtatuæ caput aureum. Poſt te regnum aliud orietur argenteum, videlicet deterius, quam ſit hoc tuum: deinde tertium aliud, æreum, quod longè lateque dominabitur: regnum verò quartum erit ferreum. Nam ſicut ferrum comminuit & perdomat omnia, ſic etiam quartum & poſtremum illud, reliqua omnia confringet, ſibique ſubjiciet.

Hoc

reſponderunt Matthæus Dreſſerus, Andreas Franſoberg. & Joannes Pappus.

[1] Da-

Hoc igitur primum est & inauditum antea vaticinium de quatuor imperiis, quod nobis est per Danielem divinitus patefactum, res planè digna quæ memoriæ tota commendetur, quia temporum omnium historiam ad finem usque mundi paucis complectitur, ut postea sum dicturus: nunc satis est videre, hoc primum tempore DEUM aperuisse nobis imperiorum ordinem ac vicissitudinem.

[1] Quanta verò fuerit potentia Nabuchodonosor, magis etiam perspicuum est ex eo loco Danielis, ubi scriptura comparat eum arbori, quæ ad cœlum usque pertingat, quæ totum orbem terrarum velut obumbret, cujus folia sint longè pulcherrima, & fructus omnium uberrimus, quo saginetur, & pinguescat, quicquid est animalium, cujus in frondibus atque ramis omne genus volucrum nidificet & quiescat.

D 5

[1] Daniel 4.

[1] Josc-

DE PRIMA MONARCHIA.

1 ESt igitur [2] hæc PRIMA MONARCHIA: quæ ſicut hoc rege vehementer aucta fuit, & ad ſummum educta faſtigium, ita quoque deſiit, ac planè deleta fuit in ipſius nepotibus, quemadmodum per Danielem Deus, alioſque Prophetas denunciaverat. *Regnavit Nabuchodonoſor* XLIII.

Quàm

[1] Joſephus contra Appionem lib. 1. & Ant. Jud. lib. 10. cap. 12. Metaſthenes 45. ei aſſignat, aſſumpto biennio, quo patris in imperio conſors fuit.

[2] *Hæc prima Monarchia.*] Plerique primam Monarchiam inchoant à Nimrodo vel Nino, ſed rectè autor noſter à Nebucadnezare: quippe hæc duo faciunt Monarchiam. 1. Dominium in Eccleſiam. 2. Poſſeſſio artium & Scientiarum. Primus autem *Nebucadnezar* Rex Babyloniorũ Hieroſolymam expugnavit & Judæos in captivitatem adduxit, & ſub eodem Philoſophia Babyloniorum excelſiſſimè floruit. Ergo ſemper. 4. Monarchiarum initia ſunt deducenda ab illo temporis articulo, quo princeps aliquis dominationem ſuprematã in Judæos exercuit. Ita *prima* Monarchia Babyloniorum cæpit capta à Nebucadnezare Hieroſolyma. *Secunda* Perſica cum Cyrus Judæos ex captivitate Babylonica dimitteret. *Tertia* Macedonica cum Alexander M. Hieroſolymam occupaſſet. *Quarta* ſive Romana cũ Pompeius Hieroſo-

[1] Quàm horrendo ſpectaculo Deus & exemplo ſuperbiam ejus, ut Daniel ait, ſit ultus, operæ pretium eſt, ut cum omnes mortales, tum reges inprimis ac viri principes diligenter legant, & conſiderent, quo videlicet majeſtatem divinam revereantur, & officium ſuum erga populum ſibi commiſſum faciant.

[2] Succeſſit ei filius [3] Evilmerodach. Is regnavit annis triginta, & ſucceſſorem habuit Aſſur, qui tribus annis præfuit. Hunc excepit Labaſſardach, ſeptem annorum rex. Ab hoc imperii ſummam obtinuit [4] Balthaſar annis quinque.

[1] Ad roſolymam expugnavit, quod factum fuit ſexaginta annis ante nativitatem Chriſti.

[1] Daniel 4. & 5. c. Joſ. Antiquit. liber 10. cap. 12.

[2] 4 Reg. 25. Jerem. ultimo. Metaſthenes, & poſt eum *autor hiſtoriæ ſcholaſticæ Petrus Comeſtor.* Vide Joſeph. Antiquitatum Judaicarum l. 10. cap. 13. & lib. 1. contra Appion.

[3] *Evilmerodach.*] Hic fuit princeps ſtultus quemadmodum ex nomine patet, nam *Evil* in lingua Ebræa eſt ſtultus: quod vero autor dicit regnaſſe illum annis 30. Magnus error eſt: nam non niſi annis duobus regnavit, quæ ſequuntur adeo ſunt corrupta & falſa, ut non correctione, ſed deletione opus habeant, ex quo negligentia ſuperioris ſeculi ſatis percipitur.

[4] *Balthaſar.*] Ultimus Monarcha Babyloniorum fuit *Balthaſar* quem Cyrus rex Perſarũ intra urbem Babylonem obſedit. Noctu per cuniculos fuit capta Babylon cum Rex Balthaſ-

[1] Ad hunc modum eos non nulli recenſent: verùm ætatis noſtræ viri docti, his duobus omiſſis, ab Evilmerodach rege numerant Balthaſarem filium, eumque per annos quatuordecim regnaſſe ferunt: *quod quidem neceſſe eſt, ut conficiantur anni ſeptuaginta, quibus apud Babylonios captivus fuit populus Judaicus: cum hujus captivitatis initium ſumatur ab anno decimo nono regni Nabuchodonoſor.*

[2] Qui rationem hanc ſequuntur, & duos illos reges, de quibus dixit, prætermittunt, ſcripturæ veſtigiis inſiſtunt, & Hieremiæ præſertim teſtimonio, qui futurum prædixit, ut Judæi ſervirent regi Babel, ejuſque filio, filiique filio: ſed hic liberum ſit ſuum cuique judicium. Balthaſar autem, ut ait ſcriptura, poſtremus fuit Babyloniorum rex, in eoque pariter omnes conſentiunt.

[1] Jam

Balthaſar magnificentiſſimo convivio indulgeret, tum enim ex pariete conſpecta fuit manus, ſcribens hæc verba; *Mene, mene tekel upharſin*, id eſt, interprete Daniele: *Regnum Babylonicum traditum eſt Perſis.* His verbis in pleno convivio à Daniele pronunciatis, milites Cyri, in conclave in palatium Balthaſaris irruperũt, ſtrictis gladiis, ita convivium converſum fuit in luctũ. Rex *Balthaſar* fuſtibus fuit occiſus, cum obvia ſubſellia in ipſum congererent & veluti timpanum aliquod ipſum crebris ictibus pulſarent.

[1] Philippus Melancth. & alii.

[2] Jerem. 5. cap. Dan. 5. Joſeph. Antiquit. l. 10. cap. 33.

[1] Xe-

[1] Jam, quomodo capta ſit Babylon, non ab uno deſcribitur: quomodo autem imminentem regi calamitatem, & jam præſentem, DEUS illi & denunciaverit, Daniel commemorat; & interfecto rege, ſummam Imperii tranſlatam eſſe dicit ad Darium, Medum, tum ſeptuaginta duo natum annos.

[2] [3] Hic Darius à ſcriptoribus vocatur Cyaxares, fuitque filius Aſtyagis quem Daniel Aſſuerum vocat, octavi Medorum regis: & cum ſobolem maſculam non haberet, filiam ſuam in matrimonium dedit Cyro Perſæ, ſororis filio: & bello laceſſitus à rege Aſſyriorum, in auxilium accerſivit Cyrum, qui profectus eò cum copiis, & factus Imperator totius exercitus, feliciter rem adminiſtravit, urbe

[1] Xenophon. lib. 7. παιδ. Daniel cap. 5. Joſeph. Antiquit. lib. 10. cap. 13.

[2] Herodotus lib. 1. Xenophon lib. 5. & 8. παιδ. Dan. 8. Dan. 9.

Dan. 9.] In hiſtoria Cyri, obſervãda eſt ipſius admirabilis conſervatio in infantia: quippe morti deſtinatus ab avo ſuo Aſtyage & dilaniandus feris objectus, canem fœminam nutricem ac cuſtodem habuit. Dein inter paſtores & pecora adolevit, & quanquam ſuæ originis ignarus ſemper tamen etiam inter paſtores regiam indolem oſtendit, quippe generoſa mens, quemadmodum aurum in ignibus ſemper ſolet emicare & ſubſiſtere. Tãdem Cyrus factus fuit Rex Perſarum & totam Aſiã imperio ſuo ſubjecit.

[3] *Hic Darius.*] Quæ autor de Dario tradit ſunt incerta & dubia neque operæ pretium eſt in explicatione

be capta potentiſſima. *Poſt hanc victoriam non amplius anno Darius vixiſſe traditur.*

[1] Et hoc quidem tempore, quum capta Babylone Darius adhuc viveret, jamque per annos ferè ſeptuaginta populus Iſraeliticus eſſet in Babylone captivus, Danieli revolventi Hieremiam, ejus captivitatis prænuncium, & precanti, Deus multo majora patefacit, & non ſolum inſtare liberationem confirmat, ſed quo tempore ſit etiam venturus Meſſias, qui pro peccatis hominum ſatisfaciat, oſtendit.

[2] A morte Darii ſumma rerum ad Cyrum generum delata fuit: & hoc quidem eſt alterius initium Monarchiæ. *Jam enim & Aſſyriam & Mediam & Perſium ſolus Cyrus obtinebat ad Jonium uſque mare, ſicut Thucydides ait, cum ante captam Babylonem prælio cæpiſſet* [3] *Cræſum, Lydiæ regem potentiſſimum.*

SE-

plicatione illas controverſias examinare, ex quibus multas opiniones, nullam vero ſcientiam nobis comparare poſſumus.

[1] Jerem. 25. & 29. Dan. 9.

[2] Thucyd. lib. 5. Herodot. lib. 1. Juſtinus lib. 1. Oroſius lib. 2. cap. 6. Suidas in voce Cræſus.

[3] *Cræſum.*] *Cræſus* Rex Lydiæ ſui temporis omnium fuit ditiſſimus, unde *Cræſi divitiæ* pro immenſis opibus hodieque memoramus. Hic Cræſus à Cyro captus & ad vivicomburium condemnatus, conſcenſa pyra, alta voce ter inclamavit, *ô Solon, Solon, Solon*: interrogante Cyro quid ſibi illa exclamatio vellet, reſpondit, *quendam olim Solonem*

SECUNDA

MONARCHIA.

EST ergo [1] Cyrus Persarum Rex primus,& autor secundæ Monarchiæ.

[2] Devictis Babyloniis, [3] bellum gessit cum Scythis, eoque profectus ipse cum exercitu, *circumventus tandem fuit per insidias, & interfectus princeps laudatissimus.*

[4] [5] Initio sui regni, post captam Babylonem,

Solonem virum sapientem sibi prædixisse, neminem esse beatum dicendum ante obitum. Cyrus hoc responso delectatus vitæ ipsi gratiam fecit & in posterum intima ipsius familiaritate ac secretis consiliis usus fuit.

[1] *Cyrus.*] Secunda Monarchia vocatur *Persica*, quia Persæ supremum Asiæ imperium à Babyloniis & Assyriis ad se transtulerunt.

[2] Justinus lib. 1. Val. lib. 9. cap 8. Oros. lib. 2. cap. 7. Frontinus Stratagem. lib. 1. cap. 5.

[3] *Bellum gessit.*] In hoc bello Scythico *Cyrus* à Tamiri Regina Scytharum cum toto exercitu fuit interfectus. Ducenta millia Persarũ perierunt, adeo ut ne nuncius quidẽ tantæ cladis superstes fuerit. Cyro Caput fuit amputatum & in utrem humano sanguine plenum conjectum, cum hac exprobratione crudelitatis: *Satia te sanguine cujus semper insatiabilis fuisti.*

[4] Paralip. 36. lib. 1. Esdræ, c. 1. l. 3. Esdræ, c. 2. Joseph. Antiquit. l. 11. c. 1.

[5] *Initio.*] Hic *Cyrus* captivitatem Babylonicam,

nem, populo Judaico permiſit, ut ex captivitate domum reverſi, templum ac urbem Hieroſolymam reædificarent, ad eamque rem ſumptum liberaliſſimè ſubminiſtrari juſſit.

[1] Hoc ipſum Deus, per Eſaiam, ſæculis aliquot ante, quàm naſceretur ille, prænunciaverat nominatim.

[2] De animorum immortalitate differentem ad filios ante mortem, Xenophon introducit; ut eſt apud Ciceronem, qui locum illum eleganter, ut omnia, vertit. Ad ſeptuageſimum annum Cyrus pervenit: regnavit annis triginta, quum quadraginta natus regnare cœpiſſet.

[3] [4] Filius ei fuit Cambyſes, quem domo proficiſcens in bellum Scythicum regno præfecerat.

cam, quæ per 70. annos duraverat iterum ſolvit ac Judæos Hieroſolymam remiſit.

[1] Cap. 44. & 45.

[2] Xenoph. lib. 1. Cicero in Catone Majore.

[3] Herodot. lib. 3. Juſtinus lib. 1.

[4] *Filius ei fuit Cambyſes.*] *Cambyſes* ſecundus Monarcha Perſarum Patri ſuo Cyro diſſimilimus fuit, ebrioſus, iracundus, crudelis & inceſtuoſus: reprehenſus à Prexaſpi propter continuam ebrietatem, filii ejus cor ſagitta tranſfixit, ac illud patri oſtendens dixit, *ſe etiam ebrium bene ſagittare poſſe*, occidit fratrem *Smerdim* Sororem *Meroen* & Octo Perſarũ proceres vivos in caput defodit. Interrogavit juriſconſultos Perſarum, *an ſibi licitum eſſet propriam Sororem ducere*, illi reſpondere: *nullam quidem talem legem apud*

fecerat. Is, abſente & occupato patre, cepit Ægyptum: bello quidem egregius, ſed alioqui vitioſus, & patris virtutem minimè repræſentans. Inter alia turpiter immaniterque facta, fratrem quoque ſuum inſidiosè necari juſſit.

[1] In iis libris, *quos de legibus Plato conſcripſit, valde Cyrum in eo peccaſſe dicit, quod molliter filios inter fœminas educaſſet, qui grandiores facti, & ab aſſentatoribus corrupti*, quum ipſorum auribus plerique ſervirent, mortuo parente, vitæ periculum alter alteri crearint.

[2] Cambyſi ſecundo Perſarum regi, qui poſt mortem patris non diu ſuperſtes fuit, [3] Darius ſucceſſit filius Hyſtaſpis. Et quoniam à morte-

Perſas extare, ſed tamen aliam, qua Regi quod libeat, liceat. Graviſſimè afflixit Ægyptios, Regem defunctum *Amaſim* ex ſepulcro juſſit erui, flagellari & comburi. *Pſammenitum* ultimum Regem ad mortem adegit ſanguine taurino propinato: Deum Ægyptiorum bovem, qui vocabatur *Apis* mactavit ac devoravit: contra *Ammonios* in Lybiam profectus totum exercitum amiſit, molibus arenarum oppreſſum. Simili temeritate contra Æthiopes profectus, Decimũ quemque militum devoravit fame coactus: tandem furioſus, cum equum concenderet, evaginato ſũa ſponte gladio, ſeipſum lethaliter vulneravit atque ita obiit.

[1] Juſtin. lib. 3.

[2] Herodot. lib. 3. Juſtinus lib. 1. Plutarchus in Apoph. Suidas in voce Zopyrus.

[3] *Darius ſucceſſit.*] Poſt mortem Cambyſis *Magi* occupavere Regnum Perſicum,

morte Cyri, ac post tantam exercitus calamitatem nonnulli populi, & in his Babylonii, à Persico regno defecerant, statim ab initio principatus arma sumpsit, & imperio suo rursus illos adjunxit, capta quoque Babylone post longam obsidionem opera Zopyri.

[1] [2] Bellum deinde suscepit in Athenienses, qui subitò collectis copiis, neque Lacedæmoniorum expectatis auxiliis, ad decem millia homi-

ficum, sed illis paulo post interfectis, electus fuit, *Darius* filius Hystaspis, à quo defecerunt Babylonii atque à Dario obsessi, omnes fœminas interfecerunt, una tantum in singulis ædibus relicta. Hæc urbs (alias inexpugnabilis) proditione Zopyri fuit capta: Nam *Zopyrus* sibi nares, aures & labia præciderat atque ita mutilatus Babylonem profugit fingens se à Dario tam immaniter fuisse tractatum: ita Babylonii ipsum crearunt ducem sed paulo post urbem Dario prodidit. Hic *Zopyrus* est enim exemplum singularis fidei erga dominum, unde *Darius* dicebat, malle se habere unum Zopyrum quam decem Babylonas.

1 Herodot. 6. Plato in Menexeno, Plutarchus in Arist. *Plutarchus pugnam Marathoniam ferè à trecentis historicis descriptam esse affirmat.*

2 *Bellum deinde.*] Hoc fuit primum bellum inter Græcos & Persas, ad quod *Darius* fuit impulsus ab uxore sua Atthossa, quippe intellexerat, in Græcia esse pulcherrimas puellas quarum ut potiretur servitio, voluit Darius expugnare Græciam ac illas puellas captivas in Persiam adducere. Traduxit Darius in Græciam 600 millia militum, tantæ multitudini soli Athenienses cum undecim millibus sese opposuerunt.

hominum, ingentem illius exercitum, ad Marathonem, duce Milthiade fuderunt.

[1] Cogitabat redintegrare bellum Darius: verum in ipso conatu mortuus, filium habuit [2] successorem Xerxem, qui decimo anno, quemadmodum Thucydides ait, post prælium illud ad Marathonem, innumerabili cum exercitu venit, ut Græciam omnem sibi subjugaret. *Itaque rei gerendæ summæ, de communi consensu fuit demandata Lacedæmoniis, quod ii totius Græciæ plurimum tunc poterant:* Athenienses verò, secuti consilium Themistoclis, urbe

runt. Prælium commissum fuit ad oppidum *Marathonem*; cæsa Persarum 200 millia, in primis stupenda fortitudo cujusdam militis Cynegiri, qui utraque manu amissa, dentibus & morsu integram navem Persicam detinuit. Nil fere in antiqua historia Græcorum magis celebratur quam victoria Marathonia.

[1] Thucyd. lib. 1. Herodotus lib. 8. Diodorus lib. 11. Orosius lib. 2 cap. 10. Plutarchus in Themistocle. Cornelius Nepos in vita excell. Imp. Gell. lib. 17. cap. 12.

[2] *Successorem Xerxem.*] Quartus Persarum Monarcha fuit *Xerxes*, qui bellum contra Græcos à Patre suo cœptum continuavit: exercitus ipsius tam terrestris quam navalis fuit innumerabilis. Ita ut flumina tantæ multitudini non sufficerint ad potum: Europam cum Asia ponte junxit: quatuor præliis totum hoc bellum fuit transactum, quorum duo fuerunt terrestria & duo navalia. Prælium fuit ad *Thermopylas* in quo *Leonidas* Rex Spartanorum occubuit. 2. ad *Artemisium*. 3. ad insulam *Salami-*

urbe desertâ, suisque liberis & uxoribus huc illuc depositis, naves conscendunt, & hostem ad Salaminem insulam prælio vincunt.

[1] Ea victoria toti Græciæ fuit salutaris: nam terra quoque profligatus, turpi & infelici fuga domum Xerxes revertit, & Græci quidem etiam post discessum illius: Verum Athenienses, qui classem haberent, ad quadringentas circiter naves, profecti longius, & insecuti, Sestum oppidum in Hellesponto, quod Persæ tenebant, capiunt, & ibi peracta hyeme reversi domum, suas uxores atque liberos recolligunt, & urbis, quam hostis captam incenderat, mœnia restaurant, portumque muniunt. *Bellum hoc Persarum, vel ut Thucydides vocat, Medorum, eodem ferè tempore fuisse scribit Cicero, quo bellum Volscorum, cui Coriolanus exul Romanus interfuit. Id autem incidit in annum urbis conditæ* CCLXVI.

[2] Persicum illud bellum descripsit Herodotus, Thucydide prior. *Eum Cicero vocat patrem*

laminam. 4. ad Patæas: ita Xerxes omnibus copiis amissis trepida fuga in Asiam rediit, ac vix scapham piscatoriam, qua trajiceret, reperire potuit: domum reversus totum se luxuriæ ac voluptatibus tradit, unde omnibus exosis tandem noctu in lecto suo trucidatus fuit.

[1] Thucyd. lib. 1. In Bruto & Lælio. Plutarch. in Coriolano. Dionys. lib. 8. Plinius de viris illust.

[2] Lib. 7. 8, 9. Lib. 1. de legibus. Extat liber Plutarchi περὶ κακοηθείας Ἡροδότου, sed huic

trem historiæ, sed innumerabiles apud eum fabulas esse dicit.

Munitionem hanc Athenienſium indignè quidem ferebant Lacedæmonii, ſed cum aliud non poſſent, muſſabant. Conjunctis etiam viribus, tum ipſi reliqui omnes Athenienſes Cypriam capiunt & Byzantium urbem, quam Perſæ tenebant.

[1] Erat tunc inter alios Lacedæmoniorum [2] duces Pauſanias, qui convictus proditionis, cùm domum rediiſſet, & obſeſſus in quodam aſylo, fame fuit enecatus. [3] Themiſtocles etiam accuſatus, hoc nomine profugit.

[1] Mul-

reſponderunt. Henricus Stephanus, & Ioachimus Camerarius, VV. CLL. videatur Andreas Altiatus præfatione in Tacitum, & Ludovicus Vives lib. de cauſſis corruptarum artium.

[1] Thucyd. lib. 1. Cornelius Nepos in vita excellentium Imperatorum.

[2] *Duces Pauſanias.*] Hic fuit Rex Spartanorum & Supremus dux totius Græciæ in bello Perſico; poſt victoriam clam intestina conſilia de prodenda Græcia cum Xerxe tractavit, quibus detectis confugit in templum atque ibi obſtructis foribus ad quas primum lapidem mater ipſius collocavit, fame fuit necatus.

[3] *Themiſtocles.*] Hujus conſpirationis particeps vel ſaltem conſcius etiam fuit *Themiſtocles*, qui propterea ad Perſas progit ac ibi ab Artaxerxe Longimano ingentibus beneficiis fuit affectus, ita quidè ut in tanto ſplendore proclamaverint *periamus*, O amici, *niſi periiſſemus*: tandem ne cogeretur

[1] Multis deinde variisque bellis & dissidiis jactata Græcia fuit, partim externis, partim [2] civilibus, quæ Thucydides obiter exponit; sed tandem quinquagesimo anno post Xerxis è Græcia discessum, ut post Thucydidem ait Cicero, bellum illud ingens natum est, *quando Peloponnesus totus conjuravit in Athenienses, quorum in eo bello duxerat Anaxagoræ Philosophi discipulus Pericles*, quem dicendo fulgurare,

tur contra patriam pugnare, hausto sanguine tauri se ipsum necavit.

[1] Aristoph. in Acharnensibus actis 2. scena 5. Repetit hoc ex Aristophane Cicero in Oratore. Habet eundem locum Plinius, lib. 1. Epistola 20. ad Cornel. Tacitum.

[2] *Civilibus.*] Tria præcipua Græcorum bella fuere. *Primum* vocatur bellum *Messenium*, idque triplex: In primo Rex Messeniorum propriam filiam pro patria immolavit: arx belli fuit mons Ithome. Secundo excelluit heroica fortitudo *Aristomenis*, quum à Spartanis captus & in profundam speluncam, quam Cæadam vocant, præcipitatus, ope vulpeculæ mirabiliter evasit. Tertio penitus eversa Messenia. *Secundum* bellum fuit *Peloponnesiacum*, gestum inter *Athenienses* & *Spartanos*, 28 annis: anno *Secundo* hujus belli fuit horribilis *pestilentia*, in qua quotquot evaserunt, omnium rerum memoriam amiserunt. Anno *Septimo* fuit atrocissima *seditio* Corcyrea, in qua optimates à plebe fuere deleti anno decimo quinto. Athenienses totam suam classem cum 30000 militum in Sicilia amiserunt. Inde secuta fuit *Alcibiadis* infamis proscriptio & gloriosa revocatio. Tandem anno 28 accidit fatalis illa clades Athenienſium ad

rare, tonare, permiſcere Græciam ait Ariſtophanes, nam iidem erant olim & virtutis & eloquentiæ magiſtri.

Ex altera parte ſummæ rei præfectus fuit Archidamus Rex Lacedæmoniorum.

[1] *Periclis erat æqualis & æmulus Thucydides, qui & bellum illud deſcripſit.*

[2] In prætura collegam Pericles habuit Sophoclem, Poëtam Tragicum, ut Cicero narrat.

[3] Nunc ad Xerxem revertamur. *Is, re malè geſta, cum in magnum contemptum veniſſet, à ſuis eſt interfectus.*

[4 5] Ei ſucceſſit filius Artaxerxes Longimanus.

Ægos potamos, in qua totam claſſem & omnes ſuas copias amiſerunt. Ita *Lyſander* dux Spartanorum Athenas obſedit & ex loco qui *Academia* vocabatur oppugnavit: deditionem fecerunt tribus conditionibus, ut *mœnia* ſua dejicerent, ut omnes *naves* traderent & 30 *rectores* acciperent: hi mox in 30 tyrannos ſæviſſimos evaſere, donec tandem exules Athenienſes duce *Traſybulo* tyrannos expulerunt, ac Athenas iterum in libertatem vindicarunt, condita *amneſtia*, ſive oblivione omnium injuriarū

[1] Thucydides hiſtoricus non idem eſt cum hoc Periclis æmulo, ut Xylander vir judicii & doctrinæ laude excellentiſſimus ad Plutarchi Periclē annotat.

[2] 1. Offic.

[3] Diod. lib. 11. Juſtin. l. 3. Oroſius l. 2. c. 11.

[4] Plutarchus in Themiſtocle, Cornelius Nepos in vitis Imperatorum excell. Cicero in Bruto, & Lælio. Valerius Max. autem lib. 5. cap. 3. & lib. 8. cap. 18. Themiſtoclem ad Xerxem fugiſſe ſcribit.

[5] *Ei ſucceſſit.*] *Artaxerxes*

manus. Ad hunc, Themiſtocles exul de quo paulo ante diximus, profugit, ibique vitam finiit, ſepultus Magneſiæ.

A Longimano regnavit Darius Nothus, qui Xerxis filiam Paryſatida, Artaxerxis Longimani ſororem, habuit in Matrimonio, & regnarunt ante eum Longimani filii legitimi.

[1] *In hujus regnum incidit illud, quod diximus, bellum Peloponneſiacum.*

Et Athenienſes quidem, licet ſatis impediti eſſent, tamen ejus belli anno quarto, ſicut Thucydides ait lib. 3. claſſem in Siciliam miſerunt, *verbo quidem, ut Leontinis adeſſent contra Syracuſanos, revera autem, ut inſulam illam ſuæ ditionis efficerent, quò ſic poſſent commodiùs perdomare Græcum*, cumque ſubinde reverterentur, & factiones alerent, Hermocrates Syracuſanus author fuit Siculis, ut omni depoſita ſimultate, pacificarent: nam Athenienſes

taxerxes dictus *Longimanus* propter duas rationes, quia brachium ſiniſtrum dextro habuit prolixius & manum dextram ſiniſtra longiorem: fuit Rex pacificus, adeoque noluit ſe immiſcere bellis Græcorum civilibus. Artaxerxi Longimano ſucceſſit *Xerxes* ſecundus, quem frater Sogdianus in calidis cineribus ſuffocavit, ita Regnum Perſiæ pervenit ad *Darium* Nothum, qui ex pellice fuerat prognatus. Hujus uxor fuit Paryſatis peſſima fœmina, quæ Statyram ſuam nurum veneno interfecit.

[1] Belli Peloponneſiaci tempus Plinius lib. 30. cap. 1. refert ad Olymp. octogeſimæ primæ annum.

ſes ipſorum omnium libertati tendere inſidias. Itaque perſuaſit, quod fuit ejus belli anno ſeptimo.

[1] Tribus poſt annis, pacem Athenienſes & Peloponneſiaci faciunt in annos quinquaginta, ſed non totum ſeptennium ea pactio duravit. Tunc enim hoſtiliter multa fieri cœperunt: licet non planè ſublata pax eſſet, ac ſubinde per inducias reſarcirentur offenſiones; tamen anno decimo ſeptimo rurſus ad arma ventum eſt totis viribus, duravitque bellum hoc alterum annis decem: Tunc Athenienſes denuò claſſem ornatiſſimam in Siciliam mittunt. Primi duces erant inter alios, Alcibiades & Nicias. Et hic quidem, concionibus aliquot habitis, navigationem valde diſſuaſit: Alcibiades verò contrà. Siculis opem ferebant Peloponneſiaci: tandem in portu Syracuſano Athenienſes cum hoſte confligunt, ſed poſt ancipitem ac ſubinde variantem fortunam profligati fuerunt omnes, atque conciſi. Interea Lacedæmonii, ſoeliique, Darium regem Perſarum in Athenienſes fœdere ſibi conjungunt. Darii legatus erat Tiſſaphernes.

[1] Ex-

num quartum. Aulus Gellius verò lib. 17. cap. 21. ad primum Olymp. 89. refert. Diodorus Siculus collocat id bellum in annum urbis conditæ 323. id eſt, in Olympiad. 87. annum tertium.

[1] Thucyd. lib. 6. Diod. Sicul. l. 13. Thucyd. l. 8.

[1] De

[1] Cæterum post Codrum, Polydorum, Spartarum & Aristomenem Messenium, hi ferè numerantur præcipui maximeque clari Græcorum duces, quorum alii de tota Græcia, alii de sua quisque patria bene meriti sunt: *Miltiades, Leonidas, Themistocles, Pericles,* [2] *Aristides, Pausanias, Xantippus, Leorychidas, Cimon, Conon, Epaminondas, Leosthenes, Aratus Sicyonius, Philopœmen. ex iis plerique fuerunt justi tandem exulare.*

[3] Portum Syracusanum Cicero describit, in eumque solam Atheniensium classem, post hominum memoriam invasisse trecentis navibus: *victam autem atque superatam in eo ipso portu, ex loci ipsius portusque natura*; & tunc primùm opes ipsius civitatis victas, comminutas atque depressas, & nobilitatis, imperii, gloriæ, naufragium fuisse factum, dicit.

[4] *Siciliam in circuitu patere, quantum navis magna possit obire intra dies octo, & à continenti*

[1] De his Græciæ luminibus videantur passim Xenophontis, Thucydidis, Pausaniæ, Plutarchi aliorumque historiæ, inprimis verò liber Cornelii Nepotis sive Æmilii Probi de vita excellentium Imperatorum.

[2] *Aristides.*] Hic propter summum ac perpetuum justitiæ studium cognominatus fuit *Justus*, & quem Athenienses non propter ullum crimen sed propter solam virtutem in exilium ejecerunt.

[3] Cicer. in Verr. lib. 5. Meminit Q. Fab. Maximus, oratione quæ apud Livium extat lib. 20.

[4] Thucyd. lib. 6.

[a] Xeno-

tinenti distare Thucydides ait circiter viginti stadiis.

[1] Dario filii erant duo, [2] Artaxerxes Mnemon, & Cyrus, quorum ille mortuo parenti successit: Cyrus autem Joniam Lydiamque tenebat: sed sorte sua non contentus, fratri regi bellum fecit, in eoque victus fuit & occisus.

Cyrum hunc minorem M. Portius Cato, regem Persarum, ut est apud Ciceronem, præstantem ingenio virum, atque imperii gloriam vocat. Laudat etiam ex Xenophonte, propter studium agriculturæ: *nam ei Xenophon & militavit & fuit familiaris, ideoque post ab Atheniensibus, qui Mnenonem habebant amicum, pulsus fuit in exilium.*

[1] A Mne-

[1] Xenophon libro 1. ἀνάβασ. Diod. lib. 14. Plutarch. in Artaxerxe. Orosius l. 2. c. 18.

[2] *Artaxerxes Mnemon, & Cyrus.*] Hi duo fratres bello inter se pro regno certarunt, prælium commissum fuit in campis Babyloniis. *Cyrus* jam, victor dum temerè hostes persequitur, ab obscurissimo quodam homine sauciatus & occisus fuit, & caput ipsius ad fratrem Artaxerxem allatum. Hic

Artaxerxes, qui à firma memoria cognominatus fuit *Mnemon*, id est, memor, infælix maritus & Pater fuit, nam ab uxoribus & liberis misere fuit exagitatus. Filius ipsius natu maximus *Darius*, quod patris vitæ struxisset insidias, decollatus: & tandem Artaxerxes anno ætatis 90 omnibus suis liberis amissis, & relicto unico tantum eoque omnium pessimo, fuit extinctus.

[1] In

1 A Mnemone regnavit 2 Ochus, ex tribus natu minimus filius.

3 Hunc excepit Darius, postremus. Ei bellum fecit Alexander, Philippi Macedonum regis filius, *qui Thebis eversis, & pacata Græcia, in Asiam contendit, & tribus præliis Darium superavit, capta illius & matre, uxore, & filiabus.*

4 Ingentes quidem conditiones, & regni partem ad Euphratem usque Darius ei deferebat, sed ille respuit; neque destitit antè, quàm illum expugnasset. Cum enim pacem obtinere

1 In Catone Majore. Xenophon Oeconom. & lib. 3. ἀνάβ.

2 *Ochus.*] Artaxerxes *Ochus* immani tyrannide Persas & Ægyptios afflixit ac tandem ab Eunucho suo *Bagoa* veneno fuit necatus, & ipsius cadaver objectum felibus: ex ossibus confecta manubria cultrorum & gladiorum, ut etiam post mortem sanguinem effunderet. Ei successit *Arses*, sed & ipse paulo post à *Bagoa* veneno fuit necatus: ita extincta tota posteritate Cyri regnum Persiæ pervenit ad *Darium* Codomanum, qui fuit ultimus Monarcha Persarum, quem, *Alexander M.* Rex Macedoniæ tribus præliis ad *Granicum*, *Issum* & ad *Arbela* in Assyria superavit, Darius in fuga captus & trucidatus fuit à Satrapa suo Besso: ita Persicum imperium sive secunda Monarchia fuit finita. Sequitur Monarchia tertia quæ vocatur *Macedo* vel *Græca*.

3 Arrianus lib. 3. Pausan. in Bœoticis. Justinus libro 11. Oros. libro 3. cap. 16.

4 Diod. lib. 17. Curtius lib. 5. Strabo lib. 16. De

re Darius his conditionibus non poſſet, tertium bellum inſtaurat, & educto validiſſimo exercitu, rurſus profligatur, *inque fuga trucidatur à ſuis: cum eoque Perſicum imperium, quod annis ſteterat ducentis & amplius, deletum fuit.*

His tantis victoriis in ſuam ditionem præduxit Alexander, quicquid eſt ferè terrarum ad orientem ſolem, & in Europam ex Aſia tranſportavit imperii ſummam, & tertiam conſtituit Monarchiam.

TER-

De Alexandro Magno ejuſque rebus toto Imperii tempore geſtis, videatur Plutarchus in vita. Diodorus Siculus lib. 16. Q. Curtius, Arrianus, Juſtinus: Joannes Monachus, *& omnibus his recentior Galterus Poeta in Alexandreide.*

TER-

1 TERTIA MONARCHIA.

2 POst etiam in India belligeravit, sed quæ hominum est infirmitas, tantam fortunæ benignitatem & indulgentiam moderate ferre

1 *Tertia Monarchia.*] *Philippus* Rex Macedoniæ primus fuit quæ Græciam debellavit & in Regni formam redegit: hic à Græcis *Dux* belli contra Persas creatus in ipso apparatu à quodam *Pausaniâ* fuit obtruncatus, relicto successore filio Alexandro, qui anno ætatis 20. ex Europa in Asiam trajecto, ac Dario Codomanno ultimo Regi Persarûm bellum intulit, eumque tribus præliis debellavit. Ita Monarchia tertia ad Macedones sive Græcos fuit translata. Alexander innumeras inde nationes debellavit, & usque in Indiam ac ultimos orbis terminos imperium suum propagavit: tandem exercitum ex India Babylonem reduxit atque ibi totum se voluptatibus & comessationibus tradidit, cumque dies noctesque potando transigeret in calidissima illa regione febrim ardentem contraxit, qua extinctus fuit. Plerique Scriptores tradunt, Alexandrum veneno necatum, idque factum consilio sui Præceptoris Aristotelis: venenum, autem illud fuit aqua frigidissima, quæ in Arcadia ex rupe Nonacris destillat, tantæ vehementiæ ut omnia metalla corrodat, neque ullo vase contineri possit nisi tantum in ungula asini; hoc igitur venenum Antipater Babylonem misit, idque à pincerna Iolao poculo Alexandri fuit infusum, quo exhausto intra paucos dies obiit.

2 Diodor. lib. 17. Arrianus

ferre non potuit; & cum insolenter multa faceret, seque pro numine vellet propemodum adorari, Babylonem ubi veniisset, febri, vel, ut nonnulli tradunt, veneno fuit extinctus, *cum annorum esset triginta trium, & annos regnasset duodecim.*

[1] [2] *Vitæ finem ei prædixerat Calanus Indus, ut ait Cicero, quum enim conscenderet in rogum ardentem, & Alexander eum rogaret, siquid vellet, ut diceret: Optimè, inquit, propediem te videbo. Paucis post diebus mortem obiit Alexander.*

[3] *Interitus ejus ad centesimam decimam quartam ponitur Olympiadem, Urbis autem Romanæ conditæ anno quadringentesimo nono, trecentis nimirum & viginti duobus annis ante natum Christum.*

[1] [2] Bonarianus lib. 3. Curtius lib. 8 Justinus lib. 12. Videatur Plutarchus in Alexand. o. Diodorus Siculus lib. 16. Arrianus lib. 7. Curtius lib. 10. Justinus lib. 12. Oros. lib. 3. cap. 20. Zosim. lib. 1. Meminit lib. 1. Maccab cap. 1.

1 Cicero Philip. Plutarchus in Alexandro nonnihil variat. Meminit Arrianus libro 7. Valerius Max. lib. 1. cap. 8.

2 *Vitæ finem.*] Philosophi Indorum, qui vocabantur Brachmanni seipsos solebant vivos comburere, quod animam per ignem purgari ab omnibus peccatis arbitrarentur

3 Funcius & Chytræus obitum Alexandri M. ponunt ad annum V. C. 48. Bucholcerus & Beroaldus ad annũ 429. Censeo igitur in Sleidano esse mendum, & scribendum, anno

[1] [2] Bonarum artium inprimis amans, & in homines doctos fuit liberalissimus, eoque nomine multorum celebratur monumentis. Homeri poema sibi familiarissimum habebat: & quanquam scriptores multos rerum suarum secum habuisse dicitur, tamen cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset. O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris.

[3] Etenim sicut [4] ab Apelle potissimum pingi & à Lysippo fingi, *sic etiam ab iis tantum celebrari volebat, & posteritatis memoriæ commendari, qui in ipso laudando propriam ingenii gloriam consequi possent.*

[1] [2] Ari-

anno quadringentesimo nono. Videtur idem cum Livio congruere, libro 9. Papirio Dictatore.

1 Plin. lib. 7. cap. 19. Dion. Chrysostomus de regno lib. 2. Cicero pro Archia. Fl. Vopiscus in vita Probi. Imp. Symachus lib. 9. epistola 67.

2 *Bonarum artium.*] Ipse Alexander ab Aristotele in universa Philosophia exactissimè fuit institutus, ac semper Homeri poemata secum in omnibus expeditionibus habuit.

3 Cic. ad Lucerium lib. 3. Epist. 12. Plutarchus in Alexandro & de fortuna Alexandr. Plinius lib. 5. cap. 37. & lib. 3. cap. 10. Horatius libro 2. epist. 1. Apuleius libro Floridorum.

4 *Ab Apelle.*] Tempore Alexandri vixerunt *Apelles* & Zeuxis omnium pictorum, *Lysippus* omnium sculptorum principes, à quibus solis Alexander pingi ac fingi voluit.

1 Plin.

[1] [2] Ariſtoteli præceptori negotium dedit animalium deſcribendi naturas, ad eamque rem aliquot hominum millia per Græciam Aſiamque conſtituit, pecuarios, venatores, piſcatores, cetarios, aucupes, & id genus alios, qui de ſingulis illum edocerent: *ipſi verò ſcriptori præmium laboris dediſſe traditur* LXXX *talenta, hoc eſt, ut quidem ætatis noſtræ viri docti rationem ineunt: coronatorum aureorum millia quadringenta octoginta.*

[3] Xenocrati Philoſopho quinquaginta per legatos talenta miſit, aureorum videlicet millia triginta: ſed illo recuſante, quod tanta pecunia non ſibi diceret opus eſſe: legatis reverſis, Quid, inquit, nulloſne habet ille amicos, quibus benefaciat?

[4] *Primis annis, quum Ariſtotelis eſſet diſcipulus, ſummo ingenio, ſummaque modeſtia præditum,*

1 Plin. lib. 2. cap. 15. Athenæus lib. 1. & 2. Budæus de aſſe, lib. 2. Philippus Melanthon in oratione de vita Ariſtotelis. Matthæus Hoſius libro 3. rei nummariæ.

2 *Ariſtoteli.*] Inter præcipua Alexandri opera fuit quod per Ariſtotelem hiſtoriam ſive naturam omnium animalium curioſiſſimè deſcribi voluit, conſtitutis quæ Europam, Aſiam, Africam, multis hominum millibus, quæ Ariſtotelem de omnibus animalium arcanis edocerent.

3 Cicero Tuſc. 3. Plutarchus in Alexandro. Diogenes Laërtius de vitis Phil. lib. 4. Valer. Maximus lib. 4. cap. 3.

4 Lib. 13. ad Atticum, Epiſt. 28. Meminit Livius lib.

ditum, poſtea vero quàm rex appellatus eſt [1] *ſuperbum, crudelem, immoderatum fuiſſe, ait Cicero.*

[1] De ſplendore, deliciis & luxu Darii, mira narrant ſcriptores: nam omnis generis coquos, cupedinarios, fartores, artifices, magiſtroſque gulæ, & unguentarios habebat in caſtris, ne quid ad corporis voluptatem omnino deeſſet.

[2] Quantus etiam fuerit alioqui regum Perſarum ſplendor & apparatus in quotidianis epulis, non ab uno memoriæ proditum eſt.

[3] *Solebant, ut ait Cicero, plures uxores habere: his autem uxoribus civitates attribuere, ut hæc mulieri redimiculum præberet, illa hunc, vel illum ornatum.*

[4] [5] Talem igitur, ut dixi, vitæ finem habuit Darius, & in fuga, cum aquam turbidam bibiſſet,

lib. 9 Solinus cap. 12. Cic. 3. Tuſc.

[1] *Superbum*] Alexander fuit ſuperbus quia voluit haberi pro filio Jovis Hammonis & velut Deus aliquis adoraretur: fuit *crudelis* quum Clytũ amicorum ſuorum intimum obtruncavit: fuit *immoderatus* quia ebrietati & conviviis ſupra modum indulſit, ita inter magnas virtutes magnis quoque vitiis laboravit.

[2] Athenæ. lib. 12. cap. 2. lib. 4. cap. 5.

[3] Verrina 5. Meminit ejuſdem moris Xenophon in ἀναβάσει, & Plato in Alcibiade priore.

[4] Cicero 5. Tuſculan. quæſt.

[5] *Talem igitur.*] Ita etiã *Artaxerxes* in prælio contra fratrem ſuum Cyrum

bibiſſet, & cadaveribus inquinatam, negabat unquam ſe bibiſſe jucundius, nec enim ſitiens unquam biberat.

[1] [2] A morte Alexandri, diviſa fuit imperii moles in proceres, Ptolomæum, Laomedontem, Antigonum, Caſſandrum, Leonatum, Eumenem, Pythonem, Lyſimachum, Antipatrum, Meleagrum, Seleucum, *in his autem præcipui fuerunt Seleucus Syriæ, Ptolomæus Ægypti, Antigonus Aſiæ minoris, Caſſander Macedonum Græciæque rex deinde factus, oppreſſis omnibus Alexandri propinquis.*

[3] *Lyſimachus, ille eſt quem Alexander iratus aliquando concluſerat cum leone, cum autem interfectam ab eo belluam audiſſet, magno habuit in honore.*

[1] Cæte-

rum ad Babylonem cum in extrema ſiti a quam ſordidam tandem impetraſſet, negavit *ſeſe unquam ſuavius bibiſſe*: quippe fames & ſitis optima cibi & potus ſunt condimenta.

1 Oroſius lib. 3. cap. 23. Juſtin. lib. 13. Pauſanias lib. 9. Oroſius lib. 3. cap. 23. Diod. lib. 20.

[2] *A morte.*] Cum Alex. M. nullum idoneum hæredem ſui imperii moriens reliquiſſet, Monarchia Macedonica à ducibus ipſius in multas partes fuit dilacerata, unde tandem tria præcipua regna emerſerint, Syriæ, Ægypti, & Macedoniæ: tota autem poſteritas Alexandri funditus fuit exſtirpata, ita ut nemo ſuperſtes manſerit.

[3] Juſtinus lib. 14. Curtius lib. 8. fabuloſum hoc putat & lib. 15. Plin. lib. 8. cap. 15. Valerius libro 9. cap. 3. Plutarchus in Alexandro.

1 Julius

1 Cæterum inter eos, quos dixi modò ſucceſſores, eorumque filios atque nepotes, graviſſima bella fuerunt, ut fieri ſolet, dum ambitione depravatus animus quieſcere non poteſt, & aliena cum injuria ſuam potentiam augere ſtudet. *Et his quidem bellis, quoniam diuturna fuerunt, vehementer afflictæ regiones illæ omnes in populi Romani ditionem paulatim venerunt,* qui longè latéque rerum potitus, Quartam & poſtremam effecit Monarchiam, de qua nobis jam dicendum eſt.

2 Cæterum, inter Ægypti reges, Alexandri ſucceſſores, numeratur Ptolomæus Philadelphus, admodum laudatus princeps: nam & pacem coluit, quantum in ipſo fuit, & artes liberales excitavit, conſtituit præmiis, & 3 bibliothecam effecit luculentiſſimam, & Moſi libros

1 Julius Solinus c. 14. Poſt Alexandrum qui fuêre, *magis ad ſegetem Romanæ gloriæ, quam ad hæreditatem tanti nominis ortos invenimus. Herodianus lib. 1. Qui Alexandro ſucceſſerunt, ita contumelioſè violenterque dominati ſunt, ut illius imperio grave dedecus conciliarint.*

3 Athen. lib. 2. cap. 5. Joſephus Antiquit. Judaic. lib. 12 cap. 2. Philo de vita Moſis lib. 2. Epiphanius libro de menſuris & ponderibus. Galenus lib. de natura humana. Zonaras tomo 1. Nicephorus lib. 4. cap. 4. Meminit Ammianus Marcell. lib. 22. Gell. lib. 6. cap. 17. Auguſtinus lib. 18. cap. 42. de civitate Dei. Conſtantinus Manaſſes in annalib.

3 *Bibliothecam.*] Inter maxima opera Ptolomæi Philadelphi fuit ampliſſima

libros atque Prophetarum in Græcam linguam juſſit converti.

[1] [2] *Romæ igitur urbis initium fuit, quo tempore Salmanaſſer rex, de quo ſupra dictum eſt, Aſſyriis imperabat, nimirum, anno primo ſeptimæ Olympiadis, authore Plutarcho, conditi autem orbis anno ter milleſimo ducenteſimo duodecimo, cum fere annis quadringentis antè in Latio cœpiſſet regnare Æneas, à Bello Trojano,* quod Homerus ad poſteritatem tranſmiſit; de cujus quidem ætate, ſicut etiam patria, nihil certi, conſtat, niſi quod ante conditam urbem atque Romulum multis annis eum fuiſſe Cicero ſcribit.

[1] *Nullum*

ma illa Bibliotheca, quam Alexandriæ conſtituit & verſio ſacrorum librorum ex lingua Ebræa in linguâ Græcam, quæ vocant 70. Interpretum.

1 De initio urbis Romæ & diſſentientibus ſcriptorum ſententiis videatur Plutarchus in Romulo. Solinus cap. 1. Cameri in annotat. in Solin. Onuphr. lib. 1. Faſtorum. In Bruto. Herodotus Halicarnaſſæus lib. 2. Homerum & Heſiodem quadringentis non amplius annis ante ſua tempora vixiſſe teſtatur. Videatur præterea A. Gellius lib. 17. cap. 21. Solin. cap. 53. De patria Homeri habet Gellius lib. 3. cap. 12. & oratio Cicer. pro Archia.

[2] *Romæ igitur.*] Urbs Roma condita fuit anno mundi ter milleſimo ducenteſimo duodecimo, quæ urbs ab exiguis profecta initiis tanta paulatim ſumſit incrementa, ut quartam & ultimam Monarchiam quæ *Romana* vocatur, condiderit.

1 Lib.

[1] *Nullum verò ſcriptum exiſtit prophanum, illius poëmate vetuſtius: nam ſicut Horat. ait:*

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: ſed omnes illacrymabiles
Urgentur: ignotique longa
Nocte, carent quia vate ſacro.

[2] Significat idem quoque Cicero, nec oratoris ullum extare veſtigium dicit ante Homerum.

[3] Tenuis autem, & propè deſpecta populi Romani fuit origo: ſed quia Deus ita conſtituit, ſicuti poſtea docebitur, in ſummam excrevit potentiam.

[4] [5] Principiò, Reges ibi ſeptem imperarunt

1 Lib. 4. Ode 9.

2 Diverſum ab hac ſententia ſcribit Euſebius de præparatione Evangelica libro decimo cap. 3.

3 Cicero de conſolatione mortis: Dicuntur ea fere omnia à tenuibus initiis ſumſiſſe exordium.

4 Vide Livium libro 1. Dionyſ. lib. 5. Meſſuam, Feſtum, Rufum, Eutrop. lib. 1. Oroſ. lib. 2. cap. 5. Iornandem, Solinum. Cauſam diverſitatis inter nos explicat Sigonius, commentario in Faſtos & triumphos Rom.

5 *Principio*] Huc pertinet illud Taciti: *urbem Romam à principio Reges habuere*: primus Rex fuit *Romulus*, qui fratrem ſuum Remum occidit, virgines Sabinas rapuit & ipſe tandem à Senatoribus in minutas partes diſſectus fuit. Memorabile eſt Monarchiam Romanam, primi Monarchæ ſanguine in Senatu fuiſſe fundatam: ſicut enim Romulus primus Rex, ita Julius Cæſar primus Imperator à Senatoribus fuere interfecti. Secundus Rex Romanorum

rarunt annis ducentis quadraginta quatuor.

[1] *Et ſexti quidem regis ætate, Servii Tullii, Solonem ac Piſiſtratum apud Athenienſes:* Pythagoram autem in Italia floruiſſe, Cicero ſcribit,

rum fuit *Numa* Pompilius qui religionem & ſacra & ceremonias conſtituit. Tertius item *Tullus* Hoſtilius, ſub quo contigit, famoſum illud duellum Tergeminorum, Horatiorum & Curiatiorum, ac tranſlatio civitatis Albanæ Romam. *Metius* quoque Suffetius collega Tulli quatuor equis diſtractus fuit propter proditionem, ipſe Tullus fulmine tactus conflagravit. Quartus *Ancus* Martius: quintus *Tarquinius* Priſcus, qui primum Triumphum egit. Sextus *Servius* Tullius, quem Tarquinius Superbus gener in ipſa curia lethaliter vulneravit, de ſcalis præcipitavit, ac in publica platea immiſſis percuſſoribus, interfecit: filia vero ipſius Tullia carpentum ſuum ſupra cadaver patris ſcelerato flagitio egit. *Septimus* & ultimus *Tarquinius* Superbus, qui regnū in tyrannidem convertit & optimates omni autoritate ſpoliavit, hujus inventum fuit *eminentia Papaverum capita decutere*, hinc odium publicum, & cum filius ipſius *Sextus* Tarquinius honeſtam matronam Lucretiam per vim ſtupraſſet & illa vindicandæ caſtitatis ergo ſe ipſam interfeciſſet ſtatim ſecuta fuit defectio autore inprimis Junio Bruto. Tarquinio in exiliū pulſo, Romani ſanctiſſimo Sacramento ſe obſtrinxerunt, neminem in poſterum Romæ regnare paſſuros: ita abrogata Monarchia inſtituerunt libertatem. Tacitus. *Libertatem & Conſulatum Brutus inſtituit.*

[1] In Brut. 1, & 4. Tuſcul. quæſtionum. In Brut.

[1] Livius

scribit, quo tempore Tarquinius Superbus fuit ejectus.

Athenas etiam, ait, regnante Servio Tullio stetisse jam supra septingentos annos.

[1] Profligatis regibus, ad binos consules rerum summa delata fuit, quorum magistratus erat annuus.

[2] Primus [3] consul, L. Junius Brutus, quàm fuerat acer & industrius in profligandis regibus, & constituenda libertate, tam etiam erat vigilans & strenuus in eadem conservanda. Quum enim inter alios nobiles adolescentes Romanos, ipsius quoque filii duo, Titus & Tiberius, occulta tractarent consilia de restituendis Tarquiniis, re per indicium patefactâ, capitali supplicio palàm illos affecit.

[1] Col-

1 Livius lib. 2. Florus lib. 1. cap. 9. Cicero de legibus. Ovid. 2. Fast. Fenestella cap. 7. de magistratibus Rom. Eutropius. lib. 1. Pomp. tit. lib. 1. Digestorum.

2 Livius lib 2. Dionys. lib. 5. Plutarchus in Poplicola. Val. lib. 5. cap. 8. Oros. lib. 2. cap. 6. Virgil. Juvenalis Satyra 8. Plinius de viris illust.

3 *Consul, L. Junius.*] Tantus in Bruto libertatis fuit amor, ut ne propriis quidem liberis pepercerit: cum enim nobiles adolescentes Romani quererentur de severitate Legis, ac licentiam aulicam, quam sub Regibus habuerant libertati præferrent, ideoque Tarquiniis urbem prodere conarentur, & in hac conjuratione etiam duo filii Bruti deprehensi fuissent, Brutus Consul utrumque in publico decollari jussit & ipse pater spectator supplicii fuit.

[1] Collegæ quoque ſuo, Tarquinio Collatino, imperium abrogabat, qui fuerat ſocius in expellendis regibus, & conſiliorum etiam adjutor. Idque Cicero defendit, ut juſtè factum, & Patriæ tum utile, tum honeſtum fuiſſe dicit, ut [2] nomen Tarquiniorum & memoria regni tolleretur.

[3] Cæterum, in varia populi Romani fortuna cum Hetruria conſpiraſſet omnis, in hoſtem egreſſi urbe Româ trecenti Fabiæ Gentis, [1] in-

1 Cic. lib. 3. offic. Abdicationis Collatini non eadem cauſſa ab omnibus traditur. Videatur Livius lib. 2. Gell. libro 15. cap. 19. Cic. in Bruto & 3. de offi. Dionyſ. libro 5. Plutarch. in Poplicola. Auguſtinus de civit. Dei, lib. 2. cap. 17. hoc Bruti factum ſcelus, Tarquinium verò bonum & innocentem virum nominat.

2 *Nomen Tarquiniorum.*] Quædam etiam nomina populo exoſa adeoq; perpetua quaſi oblivione damnantur, quo conſilio Brutus collegam ſuum Tarquinium Collatinum urbe expulit, non propter aliam cauſam, quam ut exoſum Tarquiniorum nomen penitus ex memoria Romana tolleretur. Sicut etiam nullus unquam Romanorum ab eo tempore Tarquinius appellatus fuit. Huc igitur pertinet illud Taciti: *omne magnum exemplum habet aliquid ex iniquo.*

3 Livius lib. 2. Florus lib. 1. cap. 12. Ovid. lib. 2. Faſt. Eutropius libro 1. Oroſ. lib. 2. cap. 5. Plinius de viris illuſtribus. Gellius libro 17. cap. 12. Dionyſ. lib. 9. diſſentit ab his, & veriſimiliora affert. De die hujus cladis videatur Macrobius lib. 2. cap. 16. Plutarchus in Camillo. Livius lib. 6. Tacitus lib. 2. Hiſtoriarum.

1 *Inter-*

[1] interfecti fuerunt omnes, uno superstite tantum impubere domi relicto, qui familiam deinde propagavit: fuit hoc, anno tricesimo tertio post ejectos reges.

[2] Ob turbulentum autem Reipubl. statum, conditæ urbis anno trecentesimo, legati in Græciam missi fuerunt, qui leges illinc adferrent, quibus deinde civitas uteretur. Iis reversis, mutata Reipubl. forma fuit, & [3] DECEMVIRI constituti: qui rei summæ præessent: sed non totum triennium duravit hic status; & Appius Claudius, ex Decemviris unus, nequitia sua, cùm L. Virginii, civis Romani, filiam

1 *Interfecti.*] Familia *Fabiorum* tam fuit numerosa ut sola bellum contra Etruscos susceperit: igitur 300 Fabii Roma egressi & ab Etruscis omnes interfecti fuere, unicus tantum adhuc infans Fabius domi fuit relictus, à quo deinde familia iterum fuit propagata. Huc pertinet illud Ovidii: *Non omnes Fabios altulit una dies.* Hæc clades Fabiorum vocatur ad *Cremeram*, quia ad fluvium hujus nominis accidit.

2 Dionysius lib. 11. Livius lib. 5. Diodorus lib. 12. Eutropius libro 1. Valerius lib. 6. cap. 1. Florus lib. 1. c. 24. Cic. 2. de finibus. Vide Matthæum Beroaldum l. 4. Chron.

3 *Decemviri.*] Hactenus Romani certis legibus caruerant, igitur legatos miserunt Athenas & copiam sibi fieri petierunt, legum Solonis. Quibus impetratis creati fuere *decemviri* qui leges conscriberent & Reip. Rom. accommodarent ab iis primo confectæ fuerunt decem tabulæ quæ vocantur leges X Tabularum: quibus postea duæ tabulæ

filiam virginem ad libidinem abripere, occasionem populo dedit, ut ordinem totum profligarent.

[1] Itaque res ad Consules rediit: sed & hi paucorum fuerunt annorum: & [2] creati sunt Tribuni Militum duo, consulari potestate: verum hi sub finem anni depositò magistratu, consulibus denuo locum fecerunt; eoque tempore, quod erat anno urbis CCCXV, L. [3] Quintius Cincinnatus, dictator, Sp. Manlium, largitione frumentaria captantem in urbe regnum, per C. Servilium Halam, magistrum equitum, interfecit, ejusque domum complanavit.

Bien-

fuerunt adjectæ, ita ut totum jus Romanum XII tabulis constaret: sed Decemviri manifestè tyrannidem occupare conabantur, præcipue vero Appius *Claudius* libertati Romanæ erat infestus, cumque virginem honestam civis Romani filiam ad stuprum abriperet, Virginius pater illius in macello cultrum Lanionium arripuit ac filiam suam interfecit: quo tristi spectaculo populus statim ad arma conclamavit. Appius in carcerem ductus atque ibi laqueo gula ipsi fuit fracta.

1 Livius lib. 4. Florus l. 1. cap. 26. Cicero 1. Catilin. pro domo 2. de finibus, in Catone, Plin. lib. 18. cap. 3. Valer. Max. lib. 5. cap. 3. Plin. de viris illustribus.

[2] *Creati sunt.*] Huc pertinet illud Taciti. *neque Tribunis militum Consulare ejus diu valuit.*

[3] *Quintius Cincinnatus.*] Hic ab aratro ad Dictaturam vocatus, hostibus devictis iterum ad aratrum rediit, exemplum

prisc-

Biennio pòſt, rediit poteſtas ad Tribunos militum, qui deinde non bini, ſed plures eorum tempore creabantur, pro voluntate populi & reipub. conditione.

[1] Duravit hic magiſtratus per annos ferè ſeptuaginta, & inter alios floruit in hoc ordine [2] M. Furius Camillus, virtute nulli ſecundus, qui præclarè de republica meritus, in exilium fuit ejectus ab ingrata patria, cum quartùm fuiſſet Tribunus militum: ſed cum captam à Gallis Senonibus urbem Romam liberaſſet, hoſtemque fudiſſet, reſtitutus dignitati fuit, biennio pòſt factus Dictator.

[3] Paucis verò poſt annis [4] M. Manlius, qui

priſcæ ſimplicitatis & continentiæ.

1 De Camillo vide Livium lib. 5. 6. & 7. Florum lib. 1. cap. 12. & ſeq. Valerium lib. 5. cap. 3. Polyænum lib. 8. Plinium de viris illuſtribus. Plutarchum in Camillo. Auguſt. de civitate Dei, lib. 3. cap. 17.

2 *M. Furius.*] Hic Ludimagiſtrum qui diſcipulos ſuos prodere volebat, iiſdem virgis cedendum præbuit: cumque Galli urbem Romam cæpiſſent & combuſſiſſent atque inſuper ingens auri pondus obſeſſis in Capitolio extorquerēt; *Camillus*, quanquam exul, Dictator creatus, repente Gallos oppreſſit ac eorum ſanguine incendium urbis Romanæ extinxit.

3 Cicero 1 Philip. Livius lib. 6. Florus lib. 1. cap. 26. Plutarchus in Camillo. Plin. lib. 7. cap. 28. Valerius Max. lib. 6. cap. 3. Cicero pro domo ſua. Quintil. lib. 3. cap. 9. Gellius lib. 17. cap. 12. à citato Cornelio Nepote non nihil variat.

4 *M. Manlius.*] Roma

qui Capitolium à Gallis defenderat, ob ſuſpicionem affectati regni, de ſaxo Tarpeio dejicitur, *& decretum fuit factum, ne quis gentis Manliæ Patricius, vocaretur Marcus.*

[1] Septimùm deinde creatus eſt tribunus militum Camillus, & ætate gravis vitam finiit anno conditæ urbis CCCLXXXIX, quum anno uno ante ipſius mortem à tribunis militum reipublicæ procuratio ad CONSULES rediiſſet, ex quibus tunc primùm unus fuit plebeius.

[2] Dedit autem hæc ætas longè præſtantiſſimos belli duces in ea civitate, M. Valerium Corvinum, T. Manlium Torquatum, G. Martium Rutilium, P. Decium Murem, Papirium Curſorem, Publium Philonem, L. Volumnium, & alios.

[1] Ex

à Gallis capta *cives in* Capitolium fugerunt, atque ibi per 6. menſes obſeſſi fuerunt. Cum aliquando Galli noctu clam Capitolium conſcendiſſent, nulla vigilia deprehendente, ſtrepitu anſeris excitati Romani Gallos iterum deturbarunt, in cujus rei memoriam anſer perpetuo in Capitolio fuit ſuſtentatus.

1 Sigon. 388. Camillus obiit L. Genutio & Q. Servilio Coſſ. quo anno ingens Romam univerſam peſtilentia invaſit: de qua Livius lib. 7. Oroſ. lib. 3. cap. 4. quæ & Camillum ſultulit. Plinius libro 14. cap. 1.

2 De his Plinius de viris illuſtrib. Item Onomaſticon Romanum Glandorpii.

1 Diod.

[1] Ex his [2] T. Manlius Torquatus, Conſul, filium ſuum, quod præter mandatum, extra ordinem, duello pugnaſſet in hoſtem, tametſi feliciter, ſecuri percuſſit.

[3] P. Decius Mus, Conſul, in prælio contra Latinos, pro exercitu populi Romani ſeſe devovit, & in conſertiſſimam turbam hoſtium irruptione factâ, confoſſus, nutantem rem Romanam reſtituit.

[4] Idem fecit ejus filius, ejuſdem nominis, quartùm Conſul, annis XLIV. poſt, in bello contra Gallos Senones.

[1] Eo,

[1] Diod. Siculus l. 16. Saluſtius in Catilinaria. Livius lib. 8. Plutarchus in Fabio Max. Cic. 1. de finibus, 3. Off. pro Sylla. Val. Max. lib. 6. cap. 9. Gell. lib. 9. cap. 13. Frontinus lib. 4. cap. 1. Vide proverbium, Manliana Imperia, 2. de finibus apud Ciceronem, & Eraſmum. Plinius de viris il. luſtribus. Gellius lib. 17. cap. 21.

[2] *T. Manlius.*] Simile exemplum priſcæ ſeveritatis ſupra habuimus in primo Conſule Romano L. Bruto, unde *Manliana* imperia pro ſeveris & rigidis habentur.

[3] Livius lib. 8. Florus lib. 1. cap. 14. Cic. 1. de divinatione, 2. de finibus, in Catone, 1. Tuſcul. quæſtion. Plin. lib. 22. c. 25. Val. lib. 5. c. 6. l. 1. c. 7. Auguſtinus de civitate Dei lib. 3. cap. 18. Meminere Virgilius lib. 6. Propertius lib. 3. Elegia. 9. Juvenalis Satyra 8. Lucanus lib. 2. Claudianus de 4. conſulatu Honorii. Frontinus Stratag. lib. 4. capite 5.

[4] Livius lib. 13, Cicero 2. de finib. Florus lib.

[1] Eo, quod ante diximus, tempore, ad annum urbis conditæ CCCCXX. floruit ac bella geſſit Alexander Magnus, tertiæ Monarchiæ *conditor, ut ſupra docuimus. Cum hoc T. Livius composuit L. Papirium Curſorem, & exſtatiatus tam ſui tum lectoris cauſa, demonſtrat eum inter alios Alexandro potuiſſe reſiſtere, ſi forte poſt devictam Aſiam in Europam abductis copiis, ille populo Romano bellum feciſſet.*

[2] Erat omnino ſumma præditus virtute is, quem dixi, Papirius Curſor: nam, ut alia prætermittam, quando T. Veturius Calvinus, Sp. Poſthumius Albinus, II. Conſules, cum toto exercitu, ſub jugum miſſi fuerunt à Samnitibus [3] ad Furcas Caudinas, & turpiter cum hoſte

1. cap. 17. Cicero 1. Tuſc. quæſt. in Catone, pro Sextio, pro domo ſua, pro C. Rabirio Poſthumo. 4. ad Herennium. Val. lib. 5. Oroſ. lib. 3. cap. 21. Plinius de viris illuſtribus.

1 Liv. l. 9. Repetit hoc idem Ammianus Marcellinus lib. 30. his verbis: Papirius Curſor ad reſiſtendum aptus Alexandro Magno, ſi calcaſſet Italiam, æſtimatus. Item Paulus Oroſius lib. 3. cap. 15. Vide quid hic in Livio deſideret Anton. Muretus variar. lection. libro 15. cap. 14.

2 Livius lib. 9. Florus libro 1. cap. 16. Cic. 3. Offic. Auguſtinus libro 3. de civitate Dei. cap. 17. & lib. 5. cap. 22. Eutrop. lib. 2.

3 *Ad Furcas.*] Nullam turpiorem cladem Romani quam ad furcas Caudinas acceperunt, quippe totus exercitus armis traditis ſub jugum miſſus fuit atque ita Romani vitam quidem retinuerunt, ſed ſimul honorem omnes per-

hoſte pacificarunt, ille factus conſul, hoſtem victorem fudit ac profligavit.

[1] Quàm etiam ſeverè diſciplinam oporteat ſervare militarem, in ſuo declaravit equitum magiſtro, Dictator ipſe.

[2] Protulit inſuper hæc, & aliquanto ſuperior ætas, in Græcia viros, longè [3] doctiſſimos, tunc enim Socrates, & ab hoc, velut ex fonte quopiam, Ariſtippus, Plato, Antiſthenes, Speuſippus, [4] Ariſtoteles, Dicæarchus, Xenocrates, Heraclides, Theophraſtus, Pomleo, Strato, floruerunt; phyſici omnes, &, ut ait

perdiderunt ac infames facti ſunt.

1 Livius lib. 8. Eutropius lib. 2. Valerius Max. lib. 2. cap. 7. Plinius de viris illuſt. Frontinus Stratag. lib. 4. cap. 1.

2 Cicero 3. de Oratore. De natura Deorum. Primo de his vide Diogenem Laertium in vitis Philoſophorum.

3 *Doctiſſimos, tunc enim Socrates.*] Hic, contemta Phyſica tanquam ſubtili nimium, Philoſophiam moralem vitæ humanæ utilem, primus excoluit: ejus uxor fuit famoſa illa *Xantippe*, cujus nomen hodieque pro rixoſa muliere uſurpatur, quæ Socratem non modo verberibus affecit ſed etiam urina perfudit, ipſo omnes has injurias patienter ferente. Tandem ab Athenienſibus tanquam juventutis corruptor ad mortem fuit damnatus & in carcere hauſta cicuta obiit.

4 *Ariſtoteles.*] Ex omnibus antiquis Philoſ. ſolus *Ariſtoteles* hodie in Scholis regnat: fuit præceptor Alex. M. ſed erga diſcipulum ingratus, quippe quem veneno necari curaſſe creditur. Tan-

ait Cicero, ſpeculatores, venatoreſque naturæ.

[1] Floruerunt etiam oratores clariſſimi, Gorgias, Protagoras, Prodicus, Hippias, Iſocrates, Lyſias, Demoſthenes, Hyperides, Æſchines, Phalereus, Demetrius, Demochares: Hiſtorici verò Xenophon inprimis, quem Socraticum Cicero vocat, & Caliſthenes, comes Alexandri magni.

[2] [3] Hac ætate vixit Syracuſanorum tyrannus, Dionyſius: ad quem Plato cum veniſſet, deque viri principis officio liberè locutus eſſet, in maximo vitæ periculo fuit, ut Cicero narrat.

[4] Hic eſt ille, qui non propinquis, ſed convenis quibuſdam & feris hominibus, atque barbaris cuſtodiam corporis committebat: *qui tondere filias ſuas docuit, ne tonſori collum committeret: qui ferrum ab eiſdem, cum eſſent adultæ, removit, inſtituitque ut candentibus juglan-*

dem Ariſtoteles cum rationem æſtus marini capere non poſſet, ſe ipſum in mare præcipitavit, dicens *quia ego te capere non poſſum, tu capias me* ac ita ſubmerſus periit.

1 Cicero in Bruto, lib. 2. de Oratore. 2. off. 2. Tuſcul. quæſt. De Caliſthene Plutarch. in Alexandro: Cicero pro Rab. Poſthumo, Arrianus lib. 4. Curtius lib. 5. Oroſ. lib. 3. cap. 18. Diogenes Laertius lib. 5.

2 Pro G. Rabirio. Plut. in Dione. Cic. lib. 5. Vide Diogenem Laertium libro 3.

3 *Hac ætate.*] Duo fuerunt *Dionyſii* Tyranni Siciliæ *major* & *minor* ſive Pater & filius. Autor de Dionyſio majore loquitur. *b. l.*

4 Cic. lib. 5. Tuſcul. quæſt. Marcellin. lib. 6.

3 Cic.

glandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent: qui noctu ſic ad uxores ventitabat, ut omnia ſpecularetur & perſcrutaretur antè: *qui cum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri ſolebat:* qui Damocli paraſito, cujuſmodi ſua eſſet felicitas, quam ille prædicaverat, oſtendit, cum in ſummis deliciis omniumque rerum copia luxuque accumbenti, *gladium fulgentem, è lacunari ſeta equina appenſum,* dimitti juſſit, ut impenderet illius cervicibus.

[1] Poſt Alexandri mortem, annis circiter XLII bella geſſit cum Romanis, & in Italiam venit, Epirotarum rex [2] Pyrrhus.

[3] [4] Altero ejus belli anno ſolicitabat ſenatum

1 Cic. 3. off. Valer. Max. l. 9. c. 74. Cic. 5. Tuſcul. Hor. car. l. 1. Ode 1. Perſius ſatyr. 3. Macrob. in ſom. Scipionis l. 1. c. 10. Livius lib. 14. Florus lib. 1. cap. 18. Plutarchus in Pyrrho. Eutropius lib. 2. Juſtinus lib. 18. Pauſanias in Atticis. Plinius de viris illuſtribus.

2 *Pyrrhus.*] Pyrrhus in *Italia* contra Romanos geſſit bellum ac duobus præliis Romanos ſuperavit terrore Elephantorum, quæ animalia ante id tempus Romani nunquam viderant neque occidi poſſe credebant.

3 Marcell. lib. 8, 9. Livius lib. 3. Cicero in Catone Majore. lib. 5. Tuſcul. quæſt. & in Bruto. De Appio videatur Livius lib. 13. Florus lib. 1. cap. 18. Plinius de viris illuſtribus. Plutarchus in Pyrrho. Ovidius 9. Faſtorum. Meminit Cicero in Bruto & Philipp. 1.

4 *Altero ejus.*] Cum Pyrrhus videret Romanos quo plures clades accipe-

ren-

tum ad pacem & fœdus faciendum: ſed Appius Claudius ætate gravis, & cæcus, qui ante annos ſeptendecim fuerat conſul ſecundùm, ut ait Cicero, venit in curiam, & ſenatum inclinantem ad pacem deterruit, ne fœdus cum eo facerent. Tanta enim erat in eo vis animi, ut in illo ſuo caſu, nec privato nec publico muneri deeſſet. Oratio quam tunc habuit de Pyrrho, cum pacem dirimeret, extabat tempore Ciceronis, ut ipſe ait.

[1] [2] Inſignem tunc operam Reipub. navavit C. Fabricius Luſcinus, qui ſolicitatus à Pyrrho ad defectionem, ampliſſima illius munera contempſit atque promiſſa: nec id modo, ſed captivum ei remiſit perfugam, qui veneno

rent eo acrius inſurgere, voluit cum iis pacem ac fœdus inire ac in illum finem legatum ſuum Cyneam Virum eloquentiſſimum Romam miſit, ſed omnia hæc conſilia Appius Claudius perturbavit, pacem diſſuadens.

1 Eutropius l. 2. Lucanus l. 3. Livius l. 3. Cic. 3. Offic. Transfuga hic Eutr. l. 2. medicus Regius, Gellio lib. 3. c. 8. amicus regis: Marcellino l. 20. miniſter regius appellatur: eſt autem Timochares Gellio, Demochares Marcellino, utique diverſo nomine Nicas. Ambracienſem Valerius libro 6. cap. 5. & Gellius citato loco faciunt. Quomodo cætera autores varient, ex citatis locis petatur. Meminit Plutarchus in Pyrrho. Cicero 1. & 3. officiorum. Suidas in voce Fabricius.

2 *Inſignem.*] Hic fuit rarum continentiæ exemplum, uti & Marcus *Curius*, quæ duo tanquam priſcæ virtutis exempla frequen-

veneno ſe poſſe regem tollere confirmarat. Cicero confert eum cum Ariſtide Athenienſi.

Secundo reverſum in Italiam Pyrrhum Manlius Curius Dentatus omnino profligavit, ac triumphum egit.

[1] Pyrrhus omnium primus Elephantos abduxit in Lucaniam.

[2] Et adhuc quidem per annos ferè quingentos bella geſſerunt Romani cum Italiæ ſolum populis, è quibus acerrimè reſtiterunt ac ſæpe rebellarunt, nunc victi, nunc victores, Latini, Veientes, Æqui, Faliſci. Samnites, Hetruſci: quibus demum devictis atque pacatis, exortum eſt longè graviſſimum bellum in CARTHAGINENSES: cujus quidem urbis originem, Româ multò vetuſtiorem eſſe, conſtat.

[1] [2] Ini-

frequentiſſimæ à Scriptoribus Latinis præſertim à Cicerone laudantur.

1 Livius lib. 14. Flor. lib. 1. cap. 18. Juſtinus 23. Eutrop. 2. Cic. in Catone & pro Murena. Varro de lingua latina lib. 6. Plin. lib 8. cap. 6. Julius Solin. cap. 38. Oroſius lib. 4. cap. 1. Flavius Vegetius de re militari.

2 Videatur Livius lib. 30. prior & ſeqq Epitom. Eutrop. lib. 1. & 2. Flor. lib. 1. cap. 18. *Carthago condita annis 143. & menſibus octo à templo Salomonis, ut Joſephus l. 1. contra Appionem.* Eſt autem annus ante excidium ejus 751. Verum Dionyſius ex Timæo Siculo annotat, Carthaginem conditam eſſe anno 38 ante primam Olympiadem. Velleius lib. 1. anno 67. ante verſionem ſub Scipione. Joſephus ergo facit Carthaginem annis 81. antiquiorem quam Dionyſius: Suida

[1] [2] Initium belli fuit ad annum urbis Romæ CCCCLXXXV, in eoque cum primis memorabile est illud, quod de M. Attilio Regulo memoriæ proditum est, qui captus à Carthaginensibus, & Romam missus, ut de pace ac

das in voce καρχηδὼν dicit, Carthaginem 700. annos à prima origine finitimis imperasse, deinde à Scipione solo æquatam.

[1] Annus quo bellum Punicum primum geri cœptum, cum varium numerum apud scriptores habeat, in fastis Capitolinis est, CCCCLXXXIX. Consentit Solinus. De supplicio Reguli variant scriptores; Cicero in Pisoniana Regulum in machina religatum scribit, & resectis palpebris vigilando enecatum. Eam machinam Appianus caveam vocat, stimulis intus exstantibus, necubi se sine corporis laceratione inclinare posset. Tubero apud Gellium aliud & inauditum tradit, talionemque nobilissimis Pœnorum captivis repensam esse à Reguli liberis, *eosque in armario muricibus præfixo inclusos, insomniaque exercitatos, interiisse*. Repetit Zonaras tomo. 2. Florus l. 2. cap. 2. crucis supplicio enecatum. Eutropius libro 2. omnibus suppliciis extinctum, cæteri omnes insomnio, etsi alio atque alio cruciatus genere, tradunt. Vide Livium lib. 18. Polybium lib. 1. Appianum in Libycis. Meminit Cic. 1. & 3. offic. 5. de finibus. Horatius libro 3. Ode 5. Silius Italicus libro 6. Valerius lib. 1. cap. 1. Oros. lib. 4. cap. 12. Seneca de provident. Ovid. in Ibin. Plin. de viris illustrib. Tertullianus ad martyres.

[2] *Initium belli.*] Inter omnia bella Romanorum, tria Punica pro maximis habentur. Quippe inter Romam & Carthaginem pro imperio maris perpetua erat æmulatio, & utraque civitas Monarchiam affecta-

ac permutandis captivis ageret, ac niſi impetraret, ad vincula rediret; qtum eo veniſſet, planè diverſum ſenatui ſuadebat, neque ex uſu Reipublicæ id eſſe demonſtrabat: deinde quod fidem hoſti ſervandam eſſe diceret. Carthaginem reverſus, crudeliſſimo ſupplicii genere fuit exanimatus, reſectis palpebris, *& alligatus in machina vigilando enecatus.*

[1] [2] Eo durante bello Romani, omnium primò feliciter mari pugnarunt in Sicilia, C. Duillio Conſule, adverſus Hannonem.

[1] Hunc

affectabat. *Primum* bellum Punicum exortum fuit propter Inſulam Siciliam. Romani trajectis in Africam copiis ipſi Carthagini trepidationem incuſſerunt. Carthaginenſes à Spartanis ducem belli peritum ſibi mitti petierunt: miſſus fuit *Xantippus* & hujus prudentia ſuperati Romani totum exercitum amiſerunt, atque ipſe Marcus Attilius Regulus ſervandæ etiam hoſtibus fidei exemplum captus fuit.

1, Livius lib. 17. Florus libro 2. cap. 2. Eutropius lib. 2. Plin. lib. 34. Tacitus lib. 2. Plinius de viris illuſtribus. Oroſ. libro 4. cap. 6. Frontinus libro 2. Stratag. lib. 3.

[2] *Eo durante.*] Hæc prima fuit claſſis: Romani nunquam antehac navibus bellicis maria ſulcaverant, auſi tamen fuerunt ipſi rerum maritimarum imperitiſſimi, contra Carthaginenſes, qui imperio maris potiebantur, prælio navali decernere, & audaciam ſucceſſus non deſtituit: quippe tota claſſis Carthaginenſium fuit depreſſa à C. Duillio conſule, cui propterea hoc privilegium fuit conceſſum, ut in poſterum præeunte tibicine in publicum prodiret.

[1] Libro

1 Hunc ipſum Duillium, & Manlium Curium, & C. Fabricium, item Attilium Calatinum, Cn. & P. Scipiones, Africanum, Marcellum, & Fabium Maximum, Cicero nominat, ut clariſſimos urbis Romæ conſules.

2 3 Anno ſequenti L. Cornelius Scipio Conſul, Corſicam atque Sardiniam capit.

4 Compoſitum tandem fuit bellum Punicum, Q. Lutatio Catulo Cerco, A. Manlio conſulibus, *cum annis duraſſet viginti tribus.*

5 Biennio poſt natus eſt Ennius, annis quinque natu major M. Portio Catone, qui illum ſuum vocat familiarem.

6 Tum verò novis bellis implicati Romani fuerunt adverſum Faliſcos, Ligures, Illyrios, Gallos, Boios, Inſubres.

1 2 Qui-

1 Libro 2. de natura Deorum pro Cn. Plancio. & 1. 1. Tuſcul. 7. De his conſule Johannis Glandorpii, ex Saxonibus Weſtphali, Onomaſticon Romanum, à Reinero Reineccio in lucem datum.

2 Livius lib. 17. Florus lib. 2. cap. 2. Oroſ. lib. 4. cap. 7.

3 *Anno ſequenti.*] De hac victoria legi poteſt antiqua & memorabilis inſcriptio in vita Pliniſcii.

4 Ut habet Oroſ. lib. 4. cap. 11. Eutropius 2. Auguſtinus de civit. l. 3. cap. 22. Polybius & Livius, qui tempus hujus belli reſpiciunt, ſcribunt, id geſtum annis 24.

5 Cicero in Bruto, & in Catone majore.

6 Videatur Livius lib. 20. Florus lib. 2. cap. 3, 4, 5. Polybius lib. 2. Oroſius lib. 4. cap. 13. Eutropius lib.

[1] [2] Quibus tandem expugnatis, exortum eſt alterum bellum Punicum, anno vigeſimo quarto poſt factam pacem, P. Cornelio Scipione, T. Sempronio Longo, COSS. Ejus erat dux Hannibal, qui Saguntum tum oppugnabat, & per Hiſpanias in Galliam, ac Italiam inde contendens, tribus præliis populum Romanum ordine ſuperavit ad Ticinum, ad Trebiam flumen, & Thraſymenum lacum.

[3] Creatus autem Dictator Quintus [1] Fabius

lib. 2. & 3. Plutarchus in Marcello. Plin. lib. 3.

1 De bello Punico ſecundo Auguſt. lib. 3. cap. 19. de civitate Dei. Cicero Philip. 5. Livius lib 10. & ſeqq. Florus lib. 2. cap. 6. Appian. de rebus Annibalis. Polyb. lib. 3. Silius Italicus libro 4. & ſeqq. Plinius libro 33. cap. 50. Eutropius lib. 3. Oroſ. l. 4. cap. 14. & 15.

2 *Quibus tandem.*] Cauſa Secundi Punici belli fuit urbs Hiſpaniæ *Saguntus*, quam Annibal pro hoſte, Romani pro ſocia & fœderata habebant: hæc urbs duobus proverbiis occaſionem præbuit, *Saguntina fames*, & *dum Romani deliberant capitur Saguntus*. Quintus Fabius Maximus miſſus Carthaginem in curia bellum iis indixit. Dux Carthaginenſium erat *Hannibal*, qui ex Hiſpania per Galliam in Italiam deſcendit & altiſſimas illas alpes, quibus Italia tanquam muro cingitur, incredibili labore ſuperavit. Quatuor maximis præliis ſuperati fuerunt Romani ad *Ticinum*, ad *Trebiam*, ad *Thraſymenum* & denique ad *Cannas*.

3 Hic Ennii verſus de Q. Fabio extat apud Ciceronem libro 1. off. & in Catone majore. Eundem una vocula immutat Virgilius lib. 6. Æneidos expreſſit,

[1] Fabius Maximus, & in hoſtem profectus, cunctatione vim illius & impetum refregit, atque tardavit, ille ipſe, quem celebrans Ennius, *Unus homo nobis*, inquit, *cunctando reſtituit rem.*

[2] Calliditatem ei Cicero tribuit, & quod facilè celaret, taceret, diſſimularet, inſidiaretur, hoſtiumque conſilia præriperet.

[3] Poſt autem ad Cannas ingentem cladem populus Romanus accepit, *quæ quidem tantam excitavit in urbe trepidationem, ut plerique potentiores de fuga cogitarent, & Italia relinquenda:* ſed à P. Cornelio Scipione, P. filio, ingentis animi juvene, qui tum viceſimum quar-

preſſit, & poſt eum Serenus Sammonicus cap. 62. De cunctatione Q. Fabii Maximi præter Livium legatur Florus lib. 2. cap. 6. Plutarch. in Fabio Max. Valer. Max. lib. 7. cap. 3. Plinius lib. 22. cap. 5. Oroſius lib. 4. cap. 15. Eutropius lib. 3. Frontinus lib. 2. cap. 5. & lib. 1. cap. 3. Silius Italicus lib. 6. & 7. Ovid. libro 2. Faſtor. Propert. lib. 3. Elegia 2. Plin. de viris illuſt.

1 *Fabius Maximus.*] Hic propterea dictus fuit *Cunctator*, quod Hannibalem non pugnando ſed cunctando fregerit.

2 Lib. 1. off.

3 Plutarchus in Fabio. Oroſius lib. 4. cap. 16. Livius lib. 26. Polybius 10. Valerius l. b. 3. cap. 7. Eutropius 3. De prælio ad Cannas commiſſo videatur Liv. lib. 22. Polyb. l. 5. Plin. lib. 15. cap. 18. l. 33. c. 1. Strabo in fine lib. 6. Lactantius lib. 2. cap. 17. Silius Italicus libro 9. Auguſt. lib. 2. cap. 9. de civitate Dei. Valerius Maximus l. 1. c. 1. & 2. lib. 2. c. 2. l. 3. c. 4. l. 4. c. 5. l.

quartum ætatis annum vix ingreſſus erat, *confirmati fuerunt, imò* [1] *retenti.*

[2] Quarto poſt anno M. Claudius Marcellus poſt diuturnam obſidionem Syracuſas capit: In ejus urbis direptione fuit [3] occiſus Archimedes, nobilis mathematicus, qui in pulvere quodam deſcribens, patriam non ſenſit eſſe captam. Interitum ejus tulit permoleſtè Marcellus, ubi reſcivit, & ſepeliri juſſit, & captam urbem non ſolum incolumem eſſe paſſus eſt, ut ait Cicero, ſed ita reliquit ornatam, ut eſſet idem monumentum victoriæ, manſuetudinis, clementiæ: *imo victoria Marcelli pauciores homines deſideratos fuiſſe dicit, quam deos adventu Verris prætoris in eandem urbem.* Livius autem, iræ, invidiæ, avaritiæ, multa fœdaque dicit ibi fuiſſe edita exempla.

[1] Se-

5. l. 7. cap. 4. & 6. Frontinus lib. 2. cap. 5. Oroſ. lib. 4. cap. 16. Eutropius lib. 3.

[1] *Retenti.*] Nimirum ſtricto gladio, quippe omnibus mortem comminabatur, ſi quis ex urbe aufugeret.

[2] Polyb. lib. 8. Livius l. 25. Cicero Verrina 4. 6. & 7. de finib. Valer. l. 8. c. 7. Silius lib. 14 De expugnatione Syracuſarum videatur Livius lib. 23. Florus l. 2. c. 6. Silius Italicus l. 14. Plutarchus in Marcello, Val. Max. l. 5. c. 1. & l. 8. c. 7. Oroſius l. 4. c. 17. Eutropius libro 3. Plinius de viris illuſt. Auguſtinus de civit. Dei lib. 1. cap. 6. & l. 3. cap. 14.

[3] *Occiſus*] Unde natum proverbium *Syracuſæ tuæ capiuntur & tu in pulvere pingis.* Hic nobilis Mathe-

maticus

[1] Sepulchrum Archimedis, obſoletum prorſus, & dumis atque vepribus obſitum, & ipſis adeò Syracuſanis ignotum: Cicero, quæſtor Siciliæ, cum illud ex deſcriptione quadam cognitum haberet, ſenatui Syracuſano demonſtravit, centum triginta poſt annis.

[2] Urbem Syracuſas, maximam eſſe Græcarum urbium pulcherrimamque omnium, & *ex quatuor urbibus maximis conſtare, dicit M. Tullius:* Inſula, ubi fons eſt Arethuſa, pleniſſimus piſcium: Acradina, ubi forum & porticus & curia: Tyche, ubi fanum Fortunæ: *Neapoli, quæ poſtrema ædificata,* theatrum habet ampliſſimum.

[3] Porro, nationum omnium exterarum princeps Sicilia ſe ad amicitiam fidemque populi Romani applicuit, *& primo omnium eſt appellata Provincia, ſicut idem Cicero teſtatur.*

[4] Annibal, à Cannenſi victoria, Campaniam

maticus *Archimedes* ingentes machinas excogitavit ac Romanorum conatus diu eluſit.

[1] Cicero lib. 5. Tuſc. quæſt.

[2] Cic. Verr. 6. Plutarchus in Marcello. Strabo Syracuſas ex quinque urbibus, quas ambitu complectatur, conſtare dicit lib. 6. Inſula eadem dicitur Ortygia. Livius l. 25. eam partem incolis Naſon vocari author eſt. qui idem Achradinæ & Tychæ pro Acradina & Tyche ſcribit. Diodorus lib. 11. ἐτείχη.

[3] Verrin. 4. Meminit Solinus capite 11. Feſtus Rufus in compendio hiſtoriæ Rom. Vell. l. 2.

[4] Cicero contra Rullum:

niam omnem deditione capit: exercitus illius [1] Capuæ hybernans, copia rerum atque luxu totus fuit enervatus atque fractus.

[2] Post expugnatas Syracusas, anno tertio, Capua deditione capta fuit à Romanis. Diu multumque deliberatum fuit, an esset urbs delenda: postremo placuit, conservandam esse: veruntamen ne posset unquam rebellionem facere, ademptus fuit illis ager, sublatus omnis magistratus atque senatus, publicumque concilium, imago nulla Reipublicæ relicta, *sed constitutum, ut esset locus comparandis condendisque fructibus, receptaculum oratorum, nundinæ rusticorum, cella horreumque agri Campani.*

[1] Bien-

lium: Luxuries Annibalem Capuæ fregit. Valerius l. 9. c. 2. Livius l. 2. cap. 5. Capuam Annibali Cannas fuisse scribit. Lucianus in contentione Annibalis & Alexandri, *mulieribus debitum Annibalem belli gerendi occasiones prodidisse, author est.* Videatur Seneca lib. 7. Epist. 1.

[1] *Capuæ.*] Vincere noverat Annibal, sed non noverat victoria uti, quippe cum intra triduum Romam capere & in Capitolio cænare posset, ipse in Campaniam flexit & ejus provinciæ luxu exercitum enervavit, unde natum proverbium: *quod Romanis fuere Cannæ, hoc Hannibali fuit Capua.*

[2] Livius lib. 26. Florus lib. 2. cap. 6. Orosius lib. 4. cap. 17. Cicero contra Rullum. Velleius libro 2. Stetisse Capuam, antequam à Romanis caperetur, annis circiter 260. Marcus Cato author est, teste Paterculo libro 1.

Idem

[1] Biennio post [2] Asdrubal novas copias auxiliares in Italiam adduxit, verum à M. Livio Salinatore, & C. Claudio Nerone, consulibus, ad Metaurum flumen occisus fuit.

[3] Interea rem feliciter in Hispaniis gerebat P. Cornelius Scipio, quem diximus, cum ipsius & pater & patruus ibi fuissent interfecti, & omni recuperata provincia, Romam revertit, & factus consul, Africam sibi dari petit, ut ibi bellum gerat. *Vehementer autem ei restitit Q. Fabius Maximus, ætate gravis, & non adeundam Africam, sed cum Annibale præliandum esse contendit. Scipio contra: quod si Carthaginensibus bellum inferatur in ipsorum finibus, fore ut necessitate coacti, Annibalem, in quo summam spem atque præsidium collocâssent, ex Italia domum revocent.*

[1] Amul-

Idem lib. secundo, *in præfecturæ formam redactam, scribit.*

[1] Livius lib. 17. Florus lib. 2. cap. 6. Polyb. l. 1. Silius lib. 15. Eutropius lib. 3. Suetonius in Tiberio. Oros. lib. 4. cap. 8. Horat. lib. 4. Ode. 4. Plinius de viris illustr. Cicero in Bruto hoc prælium Senense vocat. Metaurus Umbriæ fluvius hodie Metro appellatur, teste Leandro Lambino, Bonacialo & aliis.

[2] *Asdrubal.*] Caput Asdrubalis projectum fuit in castra Annibalis, quo conspecto ingemuit & se *fatum Carthaginis* videre dixit.

[3] Cicero pro Balbo. Livius lib. 28. Eutrop. l. 4. Orationes Q. Fabii Maximi & P. Cornelii Scipionis extant apud Livium lib. 28.

[1] Li-

[1] A multa disceptatione, Scipioni senatus tribuit Siciliam: & si quidem esset ex usu Reipublicæ, ut in Africam eat, permittit. [2] Ille igitur è Sicilia tandem in Africam proficiscitur, & quod senatui prædixerat, re comprobavit ipsa, nam præliis ab eo victi, plurimisque damnis affecti Carthaginenses, Annibalem revocant. Sic ille, qui sexdecim annis per Italiam grassatus erat, qui sub Romæ urbis mœnia castris locum delegerat, domum redire coactus est, quantumvis invitus atque dolens; & tandem ingenti prælio superatus à Scipione fuit, qui de senatus voluntate pacem deinde cum hoste fecit. Hinc ei datum cognomen, ut Africanus diceretur.

[3] Hic verò considerandum est, quomodo ex

[1] Livius lib. 18. lib. 19. lib. 30. Plinius lib. 15. cap. 18. *castra Punica ad tertium lapidem vallata.* Eutropius lib. 3. *Primus hic Imperator nomine victæ à se gentis est nobilitatus.*

[2] *Ille igitur.*] Tria sunt bellorum genera, *offensivum*, *defensivum* & *diversivum*. Cum Romani neque bello defensivo neque offensivo Annibalem ex Italia pellere possent, tandem suasu Scipionis bellum *diversivum* susceperunt, ac in ipsam Africam transtulerunt. Ita Carthaginenses domesticis bellis implicati Annibalem ex Italia in Africam revocare coacti sunt Annibal, cum per sex continuos annos in Italia grassatus esset, fremens frendensque eam iterum deseruit ac à Scipione prælio superatus bello Punico Secundo finem imposuit.

[3] Orosius lib. 4. cap. 19. Polybius libro 15. Appian.

ex ſummis anguſtiis emerſerint Romani: Jam enim per annos aliquot tenuiſſimo filo pendebat omnis ipſorum fortuna: ſed in fatis erat, ut vim omnem atque calamitatem ſuperarent, & domini fierent orbis terrarum: idque prævidiſſe ferunt Annibalem, quum fratrem eſſe victum Aſdrubalem audiſſet. Ipſius quidem verba, quibus tunc uſus fuit, Horatius refert in illo carmine, quo Druſi laudes, ejuſque familiæ celebrat, & quia doctiſſimum eſt elegantiſſimumque carmen, planè meretur, ut juventus illud inter alia memoriæ commendet.

[1] Facta cum Carthaginenſibus pace, Romani, præter ea bella, quibus occupati fuerunt per Italiam, Iſtriam, Luſitaniam, grave quoque bellum geſſerunt [2] cum Philippo Macedonum rege, qui Græciam oppreſſerunt. Ejus belli fuit Imperator T. Quintus Flaminius, qui tandem hoſte devicto de ſenatus voluntate Græciam libertati reſtituit, *& inter alia Philippo*

Appian. Livius libro 17. Flor lib. 2. cap. 6. Horat. lib. 4. Ode. 4.

[1] De his bellis præter illos vide Oroſium lib. 4. cap. 10. ubi ea breviter perſtringit. Plutar. in Flaminio. Bellum hoc Macedonicum etiam Philippicum, à rege quocum geſtum eſt, nominatur, de quo Livius l. 31. & deinceps. Florus lib. 2. cap. 7. Eutrop. lib. 4. Oroſ. lib. 2. cap. 20. Vell. lib. 4. c. 8. Pauſanias in Achaicis. Polyb. lib. 17. Juſtinus l. 31. Plin. de viris illuſtribus.

[2] *Cum Philippo*] Hic eſt *Philippus* II. Rex Maced. princeps callidus & fortis

Philippo regi præscripsit, ne senatus injussu belligeraret extra Macedoniæ fines.

[1] Huic bello successit alterum, adversus Antiochum Syriæ regem, qui transgressus in Europam, devictus fuit à Manio Glabrione; *Græciaque pulsus, auxilium Romanis ferente Macedonum rege Philippo.*

Sunt autem hi quos diximus, Asiæ, Syriæ, Macedoniæ reges, ex eorum posteritate, qui post Alexandri Magni mortem provincias inter se partiti fuerant, ut supra diximus. Nam Carthagine pacata, totaque subacta Italia, Romani, cum reliquas etiam Europæ partes viciniores, terra marique debellassent: eò jam potentia creverant, ut longinqui etiam reges atque populi fidem ipsorum implorarent.

[2] *Hunc ad modum Ægyptii, quorum rex Ptolomæus Epiphanes, admodum adolescentulus, per ætatem non poterat administrare: cùm ab Antiocho magno periculum immineret, missis*

fortis sed & domi & in bellis infelix. Hunc Quint. *Flaminius* debellavit & Græciæ libertatem restituit, tanta cum acclamatione populi ut aves ex alto attonitæ decciderint.

[1] Livius lib 36. Florus lib. 2. cap. 8. Justin. 31. Eutropius 4. Orosius lib. 4. cap. 10. Appianus in Syriaca. Bellum hoc cum Antiocho gestum, Antiochenum, Syriacum & Asiaticum dictum est. Meminit Cicero Philippicæ 11. Plinius de viris illustr.

[2] Justinus lib. 13.

missis Romam legatis, petebant, ut senatus tutelam regis pueri susciperet.

[1] Eo facto, senatus Antiocho denunciat, ut ab Ægypto abstineat: ille offensus, [2] præsertim, cum Annibal profugus & hospes ipsius vehementer bellum suaderet, in Græciam cum classe trajecit, ibique profligatus fuit, ut antea diximus. Comparata deinde classe, Romani persequuntur illum, & in Asiam transportati, maximo prælio vincunt, & ultra Taurum montem rejiciunt.

[3] Post acceptam cladem dicere est solitus, ut Cicero narrat, benignè sibi à populo Romano esse factum, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur. Bellum hoc gubernavit L. Cornelius Scipio, P. Scipionis Africani frater, vocatus ob hoc ipsum Asiaticus.

12 Post

[1] Livius l. 31. l. 37. Cic. pro Sextio.

[2] *Præsertim, cum.*] *Hannibal* Carthagine pulsus toto orbe hostem Romanis quærebat & Antiochum Magnum Regem Syriæ suis promissis ad bellum contra Romanos impulit: sed Antiochus sua negligentia & immodica luxuria omnem spem victoriæ corrupit, ideoque à L. Cornelio Scipione superatus ac omni Asia cis montem Taurum, spoliatus fuit.

[3] Cic. pro Deiotaro. Val. lib. 4. cap. 3. Florus lib. 2. cap. 8. Eutropius lib. 4. Appianus in Syriaca. Oros. lib. 4. cap. 20. & c. Plin. de viris illustrib. *Scipio hic tamum captæ à rege Antiocho pecuniæ damnatus est.* Valerius

[1] [2] Pòst, Ætolos debellavit M. Fulvius nobilior, de iisque triumphavit.

[3] *Et cum ex Asia donum revertisset,* [4] *P. Scipio Africanus, qui legatus eo bello fratri fuerat, à tribunis plebis divexatur.* Itaque Liternum secessit, in villam suam, atque ibi, sicut nonnulli tradunt, mortem obiit, vir longè præstantissimus, *natus annos* LII. *æqualis M. Porcii Catonis.*

[1] In

rius lib. 8. cap. 1. Plutarchus in Catone.

[1] Livius lib. 48. Appianus in Syriaca. Florus libro 2. cap. 9. Justinus lib. 31. Eutropius lib. 4. Meminit Cicero in prima Tusculana, Plin. libro 35. cap. 11.

[2] *Post Ætolos.*] Ætoli populi Græciæ in altissimis latitantes montibus, ac propterea quasi inexpugnabiles.

[3] Plinius lib. 14. Livius lib. 38. Orosius lib. 4. c. 20. Valerius lib. 5. c. 3. Augustinus de civit. Dei l. 3. c. 21. Plin. de viris illustribus.

[4] *P. Scipio.*] Hujus Scipionis Africani gloriosa vita, sed exitus lamentabilis fuit, accusatus enim repetundarum, infra ad pag. 24. tanta fuit magnanimitate, ut noluerit se in judicio defendere, sed conversus ad concionem, *eamus* inquit ad *Capitolium, gratias diis acturi, quod hac die superavi Annibalem.* Inde secessit ex urbe in suam villam ac ibi noctu in suo lecto necatus fuit, incertum à quo, sed suspecta fuit ipsius uxor quasi cædis conscia, & de tanti viri morte nulla habita fuit quæstio, ut Cic. conqueritur: noluit Scipio Romæ sepeliri, dicens *ingrata patria ne ossa quidem mea habeas.*

[1] In Dialogo, quem de senectute Cicero scribit, Catonem introducit, amanter & honorificè de Scipione, deque sua & illius ætate studiisque, loquentem: inprimis verò celebrantem illius magnitudinem animi: Livius autem inimicum ei Catonem, solitumque fuisse dicit, hanc ipsius fortitudinem odiosius exagitare. Celeritatem ei Cicero tribuit in re gerenda.

[2] Florebant eo tempore, Ennius, 3 Plautus, Nævius, poetæ.

[4] Debellato Antiocho, Annibal ad Prusiam Bithyniæ regem profugit, & cum illum sibi

[1] Liv. l. 38. Cic. Verrina 7. *Suspicor, Sleidanum memoria lapsum. Ea quæ in dialogo de senectute à M. Porcio Catone, de Q. Fabio cultatore, deque ejus studiis & ætate prolixè dicuntur, hoc loco ad P. Scipionem referri: constat autem ex lib. 4. cap. 18. Gellii, Catonem Scipionis Africani inimicum fuisse, tribunosque plebis ei immisisse.* Videatur Suidas in voce κάτων, ubi contrarium.

[2] Gellius lib. 17. c. ultimo.

[3] *Plautus.*] Plautus, fuit molitor & die laboravit in pistrino, noctu conscripsit Comœdias suas.

[4] Livius lib. 39. Justin. lib. 32. Eutropius lib. 4. De Annibalis morte diversas historicorum opiniones lege apud Plutarchum in vita Annibalis & Quinti Flaminii. Item apud Æmilium Probum in vita Annibalis. Meminit Juvenalis Satyra 10. Julius Obsequēs capite 3. prodigiorum. Plinius de viris illustr. Silius Italicus lib. 13. Habet de sepulchro ejus Plin. l. 5. c. 32.

[5] *Hau-*

sibi dedi Romani postularent, [1] hausto veneno vitam finiit.

[2] Antiocho successit filius Antiochus Epiphanes, qui & ipse per insidias Ægyptum occupare cogitabat, cum esset Philometoris, Ægypti regis, qui mortuo patri successerat, avunculus. Itaque tutorem se professus adolescentis, opprimere illum, ac rei summam ad se traducere constituit: sed intellecta fraude, Romani, quorum auxilia denuò sollicitaverant Ægyptii, legatum miserunt C. Popilium [3] Lænatem.

[4] Is, cùm in colloquium venisset, Antiocho, populi Romani nomine, denunciat, ut ab Alexan-

[1] *Hausto.*] Cum Romani viderent vivo Annibale nunquam sibi defuturos hostes, tandem illum velut perturbatorem publicæ quietis sibi dedi postularunt: sed Annibal ne vivus in Romanorum potestatem veniret, hausto veneno sibi mortem conscivit.

[2] Livius lib. 45.

[3] *Lænatem.*] C. Popilius Lænas ad Antiochum Epiphanem à Senatu R. fuit missus, ut juberet illum ex Ægypto discedere: cumque Antiochus manum porrigeret Lænati, tanquam amico achospiti, Lænas renuit, antequam ex posuisset mandata Romanorum: dicente Antiocho *se deliberaturum*, Lænas baculo circulum duxit in arena ac mandavit ne Antiochus inde egrederetur, antequam respondisset, *hostis an amicus P. R. esse mallet*: hac severitate perterritus Rex se in potestate R. fore respondit, & tum demum Lænas manum ipsi tanquam amico porrexit.

[4] Plinius mendosè

Alexandria, quam obſidebat, diſcederet: qui cum deliberandi ſpacium peteret, ille virgula ſtantem circumſcripſit, & quid facturus eſſet clarè juſſit ante reſpondere, quàm ex ea circumſcriptione excederet. Ita perterrefactus, quod populi Romani potentiam non ignoraret, pacem promiſſit.

[1] Hæc eò commemorantur, ut videri poſſit, quemadmodum Romani paulatim à parvis initiis creverint, ac progreſſus fecerint ad ſummam rerum conſtituendam. Jam enim virtus illorum egreſſa fines Italiæ, in diverſas mundi plagas impreſſionem fecit, ſed permultum adhuc operis reliquum erat ad coacervationem illius imperii molis, quæ potiſſimam orbis terrarum partem ambitu ſuo complectitur, ut ordine deinceps, tametſi breviter, exponam.

[2] Is, quem ſupra dixi, Philippus, Macedonum rex, quod à Romanis in anguſtias redactum ſe, graviſſimè ferret, bellum redintegrare cogi-

Octavium vocat. Velleius Marcum: Juſtinus Publium. Valerius Maximus l. 6. c. 4. Cicero Philip. 8. Plin. l. 81. c. 6. Velleius lib. 1. Juſtinus 34. Appianus in bello Syriaco. Plutarch. in apophthegmatis tomo 2.

[1] Juſtinus lib. 30.

[2] Valerius lib. 5. cap. 1. Cicero pro Murena. Meſſala Corvinus de Rom. hiſtoria. Secundum bellum Macedonicum deſcribit Livius lib. 41. & ſeqq. Plutarchus in Æmilio Paulo. Diodorus Siculus lib. 31. Florus lib. 3. cap. 12. Eutropius lib. 4.

Vell.

cogitabat, ſed [1] præoccupatus morte, ſucceſſorem habuit Perſea filium, qui jampridem in Romanos exacerbatus, belli quoque gerendi velut hæreditatem, ſuſcepit: ſed L. Æmilius Paulus, ſecundum Conſul, prælio tandem illum vincit, & una cum uxore, matre, liberiſque capit, inque triumpho ducit, vocatus idcirco Macedonicus, ab eoque tempore Macedonia facta eſt populi Romani provincia.

Superiori proximo anno mortuus erat Ennius, annorum ſeptuaginta, ſicut ait Cicero.

[2] Paucis deinde poſt annis, P. Cornelius Naſi-

Vell. lib. 2. Oroſius lib. 4. c. 20. Meminit Val. l. 4. c. 2. Cicero 2. Offic.

[1] *Præoccupatus morte.*] Philippus II. Rex Macedon. duos habuit filios Demetrium & Perſea. *Demetrius* optima erat indole ſed à fratre ſuo Perſe per calumniam accuſatus & à patre Philippo ad mortem fuit condemnatus. Philippus intellecta filii ſui innocentia mœrore obiit, ac regnum reliquit degeneri illi Perſeo, quæ cum bellum Romanis temerariè intuliſſet ac ſtolide geſſiſſet à Lucio Æmilio Paulo Conſule Romano victus, captus & triumphatus fuit. Ipſe Perſeus in carcere obiit, filius ipſius factus fuit Scriba Populi Rom. ita Regnum Macedoniæ deſiit ac in formam Provinciæ redactum fuit.

[2] Cic. in Bruto & in Catone. Liv. lib. 47. Plinius de viris illuſtribus. Frontinus lib. 3. cap. 6. Tertium bellum cum Pœnis geſtum exponitur in Epitome Liviana lib. 49. 50, 51. Scribitur ab Appiano in Libyca, à Plutarcho

Naſica, Dalmatiam ſubigit: neque multo poſt, tertium eſt bellum [1] Punicum exortum.

[2] Etenim, cum Carthaginenſes, quietis impatientes & ocii, præcipuè verò Maſaniſſæ, Numidiæ regi, populi Romani ſocio & amico, vim atque bellum inferrent, ſolicitati Romani de auxiliis, bellum decreverunt, ad annum

tarcho in Cat. ab Eutr. l. 4. à Floro l. 2. c. 15. ab Oroſio l. 4. c. 22.

[1] *Punicum exortum.*] Romani non poterant quieſcere quamdiu ſtabat Carthago, quapropter tandem exortum fuit bellum Punicum tertium, cauſis undiquaque arreptis. Romani, quia potentiores, nihil quidem de victoria dubitabant, ſed id tandem deliberabant, utrum poſt victoriam *delenda eſſet Carthago necne.* Duæ erant Senatorum factiones, una Scipionis *Naſicæ*, qui ſtatuebat, *Carthaginem eſſe ſervandam*, hac reddita ratione ne Romani deleta Carthagine in ſocordiam, bella civilia laberentur, & ut perpetuum virtutis ſtimulum ab æmula illa urbe haberent: altera Marci Porcii *Catonis*, qui volebat deleri & funditus everti Carthaginem, dicens Romam ſalvam eſſe non poſſe ſtante Carthagine. Magna contentione hæc quæſtio in Senatu fuit agitata, donec tandem M. Cato pervaluit, allatis in Senatum maturis uvis, quarum præcocitatem cum admirarentur Senatores; atqui inquit Cato, hæ *intra triduum Carthagine fuere allatæ*, tacite innuens, tam vicinam Romæ Carthaginem, ut intra triduum cum exercitu Romæ eſſe poſſint: ergo decreta everſio Carthaginis.

[2] Plutar. in Catone Majore. Plin. lib. 5. cap. 18. Cicero in Bruto. In 9. Annali. Vide Gellium lib. 13. cap. 18. Ciceronem ſepti-

num urbis conditæ circiter ſexcenteſimum quartum. Sed in eo ſententiis variabant, utrum everti civitatem, an verò ſervari oporteret integram: *una erat eorum ſententia, qui non delendam eſſe cenſebant, eo quod Carthagine ſublata fore dicerent, ut civilibus inter ſe diſſidiis atque bellis inter ſe conflictarentur ipſi: M. autem Porcius Cato diverſum ſuadens, quantum Reipublicæ Romanæ periculum impenderet ab ea civitate, niſi funditus everteretur, demonſtrabat, eaque ſententia vicit, ipſo in hac deliberatione mortuo*, cum ad octogeſimum quintum annum ætatem produxiſſet. Eum Cicero numerat inter oratores antiquos, & proximum à Marco Cornelio Cethego ponit, quem ab Ennio celebratum eſſe dicit. Catonis autem orationes extare centum ait quinquaginta; refertas & verbis & rebus illuſtribus, & ſui temporis homines deſicatiores reprehendit, quod non eas diligenter evolvant. Confert eum cum Lyſia ſcriptore Attico.

[1] [2] Bello Punico tertio præfectus demum fuit P. Scipio Æmilianus, Pauli Macedonici filius,

ſeptima Verrina. Valerium Maximum lib. 3. c. 5. Senecam in Epiſtola 87.

[1] Velleius lib. 1. Appianus in Libyco. Plutarchus in Scipione. Plinius libro 15. cap. 18. Livius Epit 51. Florus l. 2. cap. 15. Solinus cap. 40. Strabo. li. 16.

[2] *Bello Punico.*] Quia Familia Scipionum aliquo modo videtur confu-

filius, P. verò Scipionis Africani per adoptionem nepos. Is post inchoatum bellum ab aliis, anno quarto Carthaginem, aliquot diebus vehementer oppugnatam, capit, diripit, incendit, complanat: *adeptus ideo cognomen, ut Africanus etiam diceretur, sicut ille qui Annibalem debellavit, ut supra dictum est.*

[1] Et hic quidem est urbis potentissimæ finis, quæ & origine vetustior, quam Romana, & ducum

sa hinc ad eam intelligendam opus est dispositione Genealogica quæ consistit in hoc Schemate.

P. *Æmilius* Macedonicus.
P. *Scipio* Africanus *Major.*
P. Scipio *Æmilianus* ——— Africanus *Minor.*

Sensus hic est *Scipio* Africanus *Major* adoptavit filium Pauli Æmilii illius qui Regem Maced. Persea debellavit. Hic igitur *Paulus* Æmilianus à patre adoptivo dictus fuit *P. Scipio* & à confecto tertio bello Punico obtinuit cognomen *Africani*, sed ita ut ad distinctionem diceretur Minor. Cum Carthaginenses viderent id agi à Romanis ut tota urbs funditus deleretur, desperationem in audaciam verterunt & maluerunt sepeliri in ruinis & cineribus suæ urbis quam deditionem facere. Capta urbe Hasdrubalis Ducis Carthaginensis uxor sese in ignem præcipitavit, Didonem imitata. Arsit urbs per 15. continuos dies ipso Scipione illacrymante & simile aliquando exitum suæ Rominante.

[1] De tempore Carthaginis conditæ discrepant authores, Justinus l. 12. septuaginta duobus: Livius, Epitome 51. nonaginta tribus, Roma vetustiorem

ducum præſtantia ferè non inferior, longè lateque dominata fuit.

[1] P. Scipionem Cicero ſcribit, Carthagine capta, Siculis reddidiſſe, quæ ſuperioribus annis Carthaginenſes illis ademerant, ſigna & ornamenta, & [2] Agrigentinis quidem taurum illum nobilem, quem Phalaris tyrannus habuiſſe dicitur, quo vivos, ſupplicii cauſa, demitteret homines, & ſubjicere flammam ſolebat.

[3] Phalaris hic non ex inſidiis interiit, ut alii multi tyranni, ſed in eum univerſa Agrigentinorum multitudo impetum fecit.

[1] [2] Afri-

tuſtiorem faciunt. Euſebius ejus ortum collocat in annum 40. ante Ilium captum, Appianus in quinquageſimum. Vide Oroſium l. 3. c. 6.

[1] Cic. Verrina 6. Valer. Maxim. l. 54. cap. 1. De Phalaride, ejuſque tauro, videatur Oroſius l. 1. c. 20. Valerius l. 9. c. 2. Plutarchus in Para. l. 1. c. 8. Cicero in Piſonem, 5. Tuſculan. Seneca de clement. l. 1. c. 3. Juvenal. Satyra 8. Perſius Satyra 3.

[2] *Agrigentinis.*] Inter famoſos tyrannos præcipuum locũ obtinuit *Phalaris*, qui Taurum æneum habuit, in quem vivos homines includebat, & ſubjectis prunis torrebat, donec inter horrendos mugitus necarentur. Hunc Taurum conflaverat quidam artifex nomine Perillus, ſperans ſe magnam gratiam à Tyranno initurum, quod novum tormenti genus reperiſſe. Phalaris Perillum primum in hoc tauro uſtulavit, *ipſe ſuum* dixit *imbuat autor opus.*

[3] Cicero in Officiis l. 2. Valerius l. 3. c. 3. Ovidius.

[1] [2] Africam Cicero vocat provinciarum omnium arcem.

[3] Eodem ferè tempore bellum Romani fecerunt Achæis, Græciæ populo, propter violatos legatos. Belli dux erat L. Mummius, Coſ. qui prælio victor Achaiam omnem deditione cepit, & Corinthum, primariam urbem, ac totius Græciæ lumen, ut Cicero inquit, ex ſenatuſconſulto incendit, funditusque ſuſtulit, ne quando recreata exurgere, atque erigere ſeſe poſſet. Mummius ob eam rem vocatus eſt Achaicus.

[1] Ad

dius in Ibin. Meminit hujus tyranni Diogenes Laërtius l. 9. ſuum nomen non exprimit.

[1] Cic. pro Ligario, Bello Punico Carthaginenſium regio in provinciæ formam redacta eſt, teſte Velleio lib. 1. & Strabone, libro ultimo. Idem patet ex F. Rufo & Saluſtii hiſtoria Jugurthina.

[2] *Africam Citero.*] Cum Romani in Africa deleviſſent Carthaginem, impetum ſuum converterunt in Græciam, atque ibi deleverunt Corinthum, quæ tum temporis caput erat totius Græciæ. Hanc urbem delevit L. Mummius vir adeo rudis, ut etiam præſtantiſſima artificum opera flammis conſumſerit, paucis tantum ſervatis tabulis pictis, quas cum in Italia mitteret, dixit, *alios reddituros ſi has perderent*, quaſi ejuſmodi res haberentur venales & ubique reperibiles eſſent.

[3] De cauſis belli variant authores qui hujus belli hiſtoriam expoſuerunt. Cic. pro lege Manilia. Item 1. Off. in Agrar. contra Rullum. 3. Verrina. Valerius l. 9. cap. 6. De bello Achaico legatur Livius l. 52. Velleius l. 1.

Flo-

[1] Ad hoc etiam tempus Luſitaniam occupavit Viriathus quidam ex paſtore venator, ex venatore latro, ac deinde validi exercitus dux factus: qui cum Romanis, per aliquot annos, ac ſæpe quidem feliciter prælïatus, inſidioſè tandem fuit interfectus: ac tum demum Decius Junius Brutus, Conſul, Luſitaniam ad Oceanum uſque perdomuit.

[2] Romani magnam interea cladem à Numantinis, Hiſpaniæ populo, acceperant: cumque pacem à Mancino conſule factam, repudiarent, quod eſſet ignominioſa; P. Scipionem Æmilianum Africanum, extra ordinem denuo creant conſulem, eique bellum demandant.

[3] Is cum exercitu profectus, & adſeveram diſciplinam revocato milite, qui mollior factus erat, & laboris impatientior, Numantiam urbem, ubi circumvallaſſet aliquamdiu, cepit ac dele-

Florus l. 2. c. 16. Eutropius lib. 14. Pauſanias l. 7. Juſtinus l. 34. Feſtus Rufus. Oroſius l. 5. cap. 3. Plinius l. 34. c. 2. Meminit Virgil. l. 6. Plinius de viris illuſtribus.

[1] Livius Epit. 54. Strabo l. 3. Feſt. Rufus. De rebus geſta cum Viriatho legato Appianus in Hiſpanicis, Florus l. 2. c. 4. Meminit Viriathi Cicero 2. Officiorum. Plinius de viris illuſtribus. Silius lib. 3.

[2] Livius lib. 55. Vell. l. 2. Oroſius l. 5. Cic. de Offic. Eutropius l. 4.

[3] Vide Florum l. 2. c. 18. Strabonem l. 9. Appianum in Ibericis, qui Scipionem ex hac victoria cognomen Numantini accepiſſe tradit.

delevit, anno post deletam Carthaginem decimo quarto, urbis conditæ anno sexcentesimo.

Carthaginem, [1] *Numantiamque Cicero vocat duos terrores imperii Romani.*

[2] Eodem tempore servorum est ortus in Sicilia tumultus, qui maximis collectis copiis vix tandem à C. Fulvio consule fuerunt oppressi.

[3] Post hæc, bellum fuit Romanis cum [4] Aristonico in Asia: nam Pergami rex Attalus, populum Romanum testamento fecerat hæredem.

[5] Ari-

[1] *Numantiamque.*] Numantia urbs Hispania mediterranea non nisi quatuor millibus civium instructa, Romanos exercitus, tantis cladibus affecit, ut Romani coacti fuerint Africanum Minorem, qui Carthaginē deleverat in Hispaniam mittere, à quo tandem deleta fuit Numantia.

[2] Belli servilis historiam expositam luculenter à Diodoro Siculo edidit latinè Henricus Stephanus. De eodem scribit Livius Epit. 56. Florus l. 3. c. 19. Meminit Appianus l. 1. Oros. l. 5. cap. 6. Non autem C. Fulvius servos subegit, sed bellum sub ejus consulatu ortum, triennio post P. Rupilius confecit, provinciamque ordinavit. Vide Sigonium commentario in Fastos Romanos.

[3] Livius Epit. 58. Appianus in Mithridat. Justin. l. 36. Florus l. 2. cap. 20. Strabo l. 14. Eutropius l. 4. Velleius l. 2. Cicero Philippica 1. Festus Rufus. Meminit Horatius lib. 2. Ode 18. Plutarchus in Gracchis.

[4] *Aristonico.*] Hic fingebat

[1] Ariſtonicus autem ejus propinquus, occupata ea parte Aſiæ, teſtamento Romanos fraudabat. Hunc & debellavit & tandem cœpit M. Perpenna conſul.

[2] Anno ſequente, qui fuit annus urbis conditæ CIↃ XXV, P. Scipio Africanus, domi ſuæ cubans, noctu fuit oppreſſus à propinquis, uti creditur.

[3] Eloquentiam, ſummam fidem, integritatem ei Cicero tribuit: & quanquam ipſius interitu, maximum dolorem civitas tota per cipe-

gebat ſe eſſe filium Attali adeoque hæredem & ſucceſſorem in regno Pergameno, neque teſtamentum, ſui patris Attali, qui Romanos ſcripſerat hæredes eſſe validum: ſed Romani armis prævaluerunt.

[1] Livius Epit. 59. Val. l. 3. c. 4.

[2] Vide Livium l. 59. Velleium 2. Appianum 1. Plutarchum in Gracchis. Ciceronem in Lælio & Milone, l. 3. de natura Deorum. Oroſ. l. 5. c. 10. Suſpicio de Sempronia Tiberii Gracchi filia Africani uxore eſt in Epitom. Livii: de Sempronia ac Cornelia ſocru in Appiani libro primo de bellis civilibus. Hinc Cicero in ſomnio Scipionis dixit: Si impias propinquorum manus effugeris. Exiſtimatus eſt quoque C. Carbo tribunus plebis Africano vim intuliſſe: Cicero l. 7. Epiſtolarum ad fam. cap. 21. ad Pætum: ad Quintum fratrem libro 2. Epiſtola 3. Metellum Macedonicum hujus cædis inſimulat Plinius libro 7. cap. 44. Appianus addit, non defuiſſe, qui Scipionem ſibi ipſi mortem intuliſſe, ſcripſerint.

[3] Cic. pro L. Muræna, pro Milone. Meminit ejuſ-

ciperet, *nullam tamen quæſtionem de illius morte latam fuiſſe ſcribit*: Solem verò fuiſſe geminatum eodem anno, tradit. Itaque ducum longè omnium præſtantiſſimus periit, natus annos LVI. quod quidem Africanum ei majorem præſignificaſſe, commentatione quadam ſuaviſſima fingit Cicero.

[1] Vixerunt hac ætate Lucilius Terentius, Pacuvius, Accius, Licinius, Cæcilius, Afranius: & Pacuvium quidem C. Lælius Africano conjunctiſſimus, amicum ſummum vocat, Terentium verò familiarem.

[2] Poſt hæc Fabius Maximus conſul, Allobroges, Arvernos, Rutenos, Galliæ populos, ingenti prælio ſuperavit.

[3] Eodemque tempore fuit interfectus Romæ C. Gracchus Tribunus plebis, vir eloquens

ejuſdem Velleius 2. de nat. Deorum. Cic. in ſomnio Scipionis.

[1] Velleius l. 2. Cicero in Lælio. De his legatur Gellius l. 13. c. 23. & lib. 17. capite ultimo. Lilius Gyraldus hiſtoria Poëtarum, dialogo 4. & Petrus Crinitus.

[2] Livius Epit. 61. Strabo l. 4. Oroſius l. 5. c. 14. Florus l. 3. c. 1. de bello Gallico. Appianus in Celtica. Plinius lib. 7. cap. 50.

[3] De Caio Graccho videatur Plutarchus in Gracchis. Appianus 1. de bellis civilibus. Oroſius l. 5. c. 8. Flor. l. 3. cap. 15. Velleius l. 2. Livius Epit. 61. Valer. libro 6. cap. 3. Saluſtius in Jugurthino. Auguſtinus lib. 3. cap. 4. de civitate Dei. Tiberii Gracchi interitum refert Livius Epitom. 58. Florus lib.

quens, [1] legis Agrariæ defenſor, cum ante annos XII. ejus frater Tiberius Gracchus conſimili de cauſa cæſus fuiſſet.

[2] Utrique Cicero tribuit eloquentiæ laudem, & Tiberii quidem orationes non ſatis ſplendidas verbis, ſed acutas, prudentiæque pleniſſimas, C. verò fratrem ejus legendum eſſe cum primis, juventuti dicit, quod non ſolum acuere, ſed etiam alere ingenium poſſit, eumque vocat Romanorum ingenioſiſſimum atque eloquentiſſimum.

[3] Somniaverat Gracchus, Tiberium fratrem ſibi viſum eſſe dicere, fore ut eodem letho, quo ipſe, periret: & hoc illum dixiſſe nonnullis, antequam tribunus plebis factus eſſet, Cicero refert.

[1] Ex-

lib. 3. cap. 14 Plinius de viris illuſtribus. Valerius lib. 6. cap. 3. Seneca de conſolatione ad Martiam.

[1] *Legis Agrariæ.*] Lex agraria apud Romanos multorum tumultuum fuit cauſa, nam ſecundum eam omnes agri ab hoſte capti æqualiter inter populum erant dividendi. Huic legi acerrimè oppoſuerunt Nobiles & patricii, qui nolebant opibus plebē ſibi æquiparari. Hic tumultus maximè fuit excitatus à duobus fratribus Gracchis, Tiberio & Caio, ſed uterque ab optimatibus fuit oppreſſus & interfectus. Inprimis celebratur *Cornelia* Mater Gracchorum tanquam matrona doctiſ. & virtuoſiſſima quæ etiam mortem ſuorum filiorum magna conſtantia tulit.

[2] Cic. in Brut.

[3] Valerius Max. l. 1. c. 7. Plutarchus. Cicero lib. primo de Divinatione.

[1] Vide

[1] Extant illorum leges frumentariæ de coloniis deducendis, de commodis militum, de provinciarum administratione, de populi suffragiis, de locatione agri Attalici, & Asiæ.

[2] Hos motus tribunitios consecutum est bellum populi Romani cum Jugurtha Numidiæ rege, quod quidem bellum à L. Calphurnio Bestia Cos. susceptum, & à Q. Cæcilio Metello continuatum, à C. Mario consule, qui P. Scipioni militaverat, tandem confectum est: nam rex Mauritaniæ Bocchus, Jugurthæ socius, prælio victus, cum belli periculum nollet sustinere diutius, vinctum Jugurtham Syllæ tradidit, qui missus à Mario fuerat hujus rei causa.

[3] Et ad hoc ipsum tempus, quod erat urbis conditæ anno DCXLVII, natus est M. Tullius Cicero, cum annis ante ipsum octo natus esset Q. Hortensius, clarissimus orator.

[1] Per

[1] Vide Fr. Hottomani comment. de legibus Romanis, Joannis Rosini antiquitates Romani libro 8.

[2] Plin. de viris illustribus. Plin. lib. 37. cap. 1. Vide Salustii Jugurthinam historiam, Livium Epit. 64. & seqq. Florum l. 3. cap. 1. Eutropium lib. 4. Velleium 2. Orosium l. 5. cap. 15. &c. *Traditionem hanc in annulo suo Sylla expressit*, & Plutarchus in vita & in Mario, Val. Max. lib. 8. cap. 15. testantur.

[3] Gellius l. 15. cap. 25. Cicero in Bruto.

[1] Plu-

[1] Per bellum Jugurthinum [2] Cimbri & Theutones innumerabili multitudine penetrant, alii in Italiam, alii in Galliam: ac ubi maximis cladibus populum Romanum affeciſſent, & nunc legatos aliquot præliis viciſſent, tandem ad internecionem cæſi fuerunt à C. Mario quartum conſule. Theutones quidem ad aquas Sextias, provinciæ Galliæ oppidum, Cimbri autem ad fines Inſubriæ.

[3] Hanc felicitatem excepit novus tumultus. [4] Nam Italiæ populi aliquot à Romanis defe-

[1] Plutarchus in Mario. Appianus in Celticis. Livius Epit. 68. Florus l. 3. cap. 3 Eutropius l. 5. Oroſius l. 5. cap. 16. Bellum Cymbricum Cicero in orat. de provinciis Gallicum vocat.

[2] *Cimbri.*] Hi habitarunt in illa peninſula quæ hodie præcipuam partem regni Daniæ conſtituit ac Iutia appellatur. Teutones autem fuerunt Germani. Hi populi ingenti multitudine ſeſe in Galliam & Italiam effuderunt, recta Romam perrecturi, niſi ſe objeciſſet Caius Marius à quo internecione fuerunt deleti. Hoc bellum vocatur *Cimbricum* & maxime formidoloſum fuit Romanis.

[3] De his Italiæ populis videatur Strabo lib. 5. Plin. l. 3. cap. 5. Silius l. 8. Pompon. Mela lib. 2. cap. 8. Hiſtoria legatur apud Livium Epit. 72. Florum lib. 3. c. 8. Velleium l. 2. Eutropium l. 5. Appianum Alexandrinum lib. 1. de bellis civilibus. Oroſium l. 5. c. 18. Meminit Auguſtinus de civit. Dei l. 5. cap. 22. Horat. Ode 4. lib. 3.

[4] *Nam Italiæ.*] Hoc bellum vocatur *Marſicum*, quia ab omnibus Italiæ populis contra Romanos pro jure civitatis geſtum fuit. Volebant enim

defecerunt, Samnites, Peligni, Marsi, Vestini, Marucini, Umbri, Picentes, Lucani.

[1] Variè cum his pugnatum est, & vix tandem ad officium reducti fuerunt.

[2] Mox aliud malum, ac Reipublicæ perniciosissimum intervenit: [3] Mithridates, Ponti rex, Cappadociæ regem Ariobarzanem, & Bithyniæ regem Nicomedem, populi Romani socios & amicos, finibus ejecerat, & occu-

enim Itali etiam frui Privilegiis civium Romanorum ac iniquum esse putabant se, quorum præcipue viribus Romani vicerant, præmiis victoriæ carere.

[1] Bellum hoc, quod à Marsis inchoatum, Marsicum nominatur à Strabone lib. 5. Cum hoc facit Cicero Philippica 8. in orat. contra Rullum: item Plin. lib. 8. cap. 57. l. 25. cap. 5. Eidem & sociale dicitur lib. 32. cap. 1. ubi simul origo indicatur, & lib. 33. cap. 3. Alias & Italicum appellatur à Cicerone Verrina 8. pro Cluentio, pro Archia, & de Aruspicum responsis. Portentum, quod hoc bellum præcessit, refertur à Plinio lib. 2. cap. 83. ubi etiam Italiæ funestissimum fuisse annotatur. Vastitatem, quam Italiæ intulit, indicat Florus l. 3. c. 18. Defecerunt autem eo bello finitimi ac vicini, ut ait Cicero pro Sylla.

[2] De hoc bello legatur Orosius lib. 6. cap. 2. Eutropius lib. 5. Florus lib. 3. cap. 5. Livius Epitome 78. Cicero pro lege Manilia: Val. libro 9. cap. 2. Plutarchus in Sylla. Appianus in Mithridate. Justinus lib. 38.

[3] *Mithridatis.*] Romanorum crescenti per Asiam potentiæ magno ausu sese opposuit Mithridates, ac ut se irreconciliabilem Romanis hostem

occupata Phrygia, Romanorum provincia, penetraverat in Asiam.

[1] Itaque senatus bellum decrevit: [2] hic autem orta factione, alii L. Syllam, nobili genere natum, alii C. Mariun poscebant Imperatorem. Marii partes juvabat P. Sulpitius, tribunus plebis.

[3] Habebat autem exercitum Sylla, Mariumque urbe ejecit, qui maximo deinde periculo, cum in paludibus circa Minturnas delituisset, parva navicula in Africam trajecit exul.

[1] Per

stem ostenderet, omnes cives Romanos per Asiam dispersos trucidari una die jussit: interfecta Romanorum octoginta millia, itaque senatus bellum decrevit.

[1] Florus l. 3. c. 21. Livius Epit. 77. Velleius l. 2. Valerius l. 9. c. 5. Appian. l. 1. belli civilis. Plutarchus in Mario & Sylla. Cicero in Bruto.

[2] *Hic autem.*] E bello Mithridatico natum fuit bellum civile inter Syllam & Marium. *Sylla* defendebat partes nobilium, *Marius* plebis; Itaque hoc bellum cædibus civium infame fuit, cum modo Marius, modo Sylla urbe potiretur, ac in contrariam factionem atrociter sævirent. Tandem Marius à Sylla Româ ejectus in paludibus apud Minturnas sese occultavit, uligini usque ad caput immersus, sed inde protractus, in carcerem conjectus ac ad mortem condemnatus, iterum evasit, ac scapha in Africâ trajecit, inde paulo post ab exilio terribilior reversus, denuo Romam cædibus implevit, ac paulo post octavo consulatu obiit.

[3] Velleius libro 2. Cicero

[1] Per abſentiam Syllæ belligerantis in Aſia, L. Cornelius Cinna, Conſul, tumultuari cœpit, & moliri res novas: verum ejectus à Cn. Octavio collega, & pulſus urbe colligit vires, & C. Marium, iſta occaſione reverſum ex Africa, ſibi conjungit.

[2] Itaque contractis copiis Romam obſident ambo, qua parte Janiculum erat: cum non ignavè tantum, ſed & perfidiosè multa in urbe fierent, neque jam illis reſiſti poſſet. Intromiſſi, cædibus atque rapinis omnia complent: *deinde ſeipſos renunciant conſules, in eoque magiſtratu crudeliter multa fecerunt*: & L. quidem Cinna præſtantiſſimum oratorem M. Antonium interfici juſſit: Marius vero Q. Catulum.

[1] His

cero pro Sextio: in oratione ad Quirites: poſt reditum in Piſonem: Livius Epit. 77. Ovidius lib. 4. de Ponto elegia 3. Juvenalis Satyra 10. Lucanus l. 1. Plinius de viris illuſtribus: Valer. Maximus l. 8. c. 2.

[1] Livius Epitom. 79. Cic. 3. Catilinar. Bellum hoc Octavianum dicitur, cujus meminit Cicero lib. 1. de divinat. & de natura Deorum. Plutarchus in Sylla: Appianus libro 1. Velleius lib. 2. Eutropius lib. 5.

[2] Liv. Epitom. 8. Oroſ. l. 5. c. 19. Luc. l. 2. Sal. libro 1. Hiſt. Quomodo uterque ab inclementi victore vitâ expulſus ſit, ſcribunt Florus l. 3. cap. 2. Eutropius lib. 5. Meminit Cicero l. 3. de oratore, 5. Tuſculan. in Bruto, l. 3. de natura Deorum: Valerius Max. l. 9. c. 2. Velleius l. 2. & Florus dicto loco, de morte Catuli nonnihil variant.

[2] Li-

[1] His rebus cognitis, L. Sylla, cum pleraque omnia bello recuperaſſet, pace cum Mithridate facta, in Italiam revertit: ſed jam ante è vita deceſſerat Marius ſeptimum Conſul.

[2] L. verò Cinna collegam habebat ſuarum partium, Cn. Papirium Carbonem, qui licet vim & arma Syllæ opponerent, una cum filio Marii profligati fuerunt: & Syllam [3] rerum potitus adverſarios omnes acerbiſſimè perſequitur, proſcriptionis tabulam proponit, proſcriptorum bona vendit, *eorumque liberis facultatem eripit, atque jus ullos honores in republ. conſequendi:* [4] inde Dictator, pro ſuo arbi-

[1] Livius Epitome 83. Cicero lib. 3. de Natura Deor. Livius Epit. 80. Plinius de viris illuſtr.

[2] Liv. Epitome 86. & 88. Cic. l. 2. de Offic. Auguſt. de civit. Dei lib. 3. cap. 28. Lucanus l. 2. Cic. 3. de legibus. 2. offic. Verrina 5. Agraria 1. Plutarchus in Sylla. Appianus 1. civil. Oroſius l. 5. c. 21. Cicero pro Ligario: *Sylla omnes quos oderat, morte mulctabat.* Seneca de beneficiis l. 5. c. 10. *L. Sylla patriam durioribus remediis, quam pericula erant, ſanavit.*

[3] *Rerum potitus.*] *Sylla* primus ſe dictatorem perpetuum creavit ac tabulam proſcriptionis propoſuit, qua continebantur nomina eorum quibus exſpectanda nulla erat gratia: omnium proſcriptorum bona Sylla vendidit ac atrocem tyrannidem exercuit: Octo millia civium Romanorum in villa occidi juſſit, unde *Syllana tempora* appellantur infelicia & miſera.

[4] *Inde Dictator.*] Sylla Dictaturâ ſuam ſpon-

ac

arbitratu omnia constituit, ac tribunitiam potestatem infringit, *& quum civium Romanorum bona venderet, pro concione dicebat*, breviter, nemo illo invito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere poterat.

[1] In C. verò Marium odio tam acerbo fuit incitatus, ut ejus reliquias, ad Anienem fluvium sitas, dissipari jusserit: *ipse autem primus è patriciis Corneliis igne voluit cremari, fortasse timens idem suo corpori posse accidere.*

[2] Mario vim & virtutem *& in iracundia perseverantiam* Cicero tribuit: Syllam vehementem, L. verò Cinnam vocat crudelem, Marium etiam appellat terrorem hostium, subsidiumque patriæ.

[3] L. Sylla quatuor novas leges tulit, de

ee depositit ac privatus reliquum vitæ transegit.

[1] Cic. 2. de legibus. Plinius lib. 7. c. 54. Quomodo Sylla in agro Cumano mortuus anno ætatis 60. & Romam perlatus cum magna pompa in campo Martio sepultus sit, præter cæteros Appianus l. 1. copiosè narrat. Meminit Livius Epitom. 90.

[2] Cicero Actio. 5. in Verrem, seu de suppliciis. 3. de Nat. Deor. Pro Sextio. l. 3. de finibus, *Syllam trium pestiferorum vitiorum, luxuriæ, avaritiæ, & crudelitatis magistrum vocat.* Marium, in oratione pro Sextio, conservatorem patriæ, tertia Catilinar. custodem urbis, pro C. Rabirio, patrem patriæ, parentem libertatis & reipublicæ appellat. Lucanus l. 1. Pharsal. Syllam scelerum magistrum nominat.

[3] Hottom. de legibus Romanis.

[1] In

de falso, de parricidio, de sicariis, de injuriis.

[1] Ipso Dictatore, M. Cicero natus annos XXVI, in forum prodiit, & pro S. Roscio publicam causam dixit.

[2] Ante ipsum clarissimi nominis oratores fuerunt Q. Catulus, C. Julius, M. Antonius, L. Crassus; *cujus quidem ætate lingua Latina suam quasi maturitatem habuit*, ut ait Cicero.

[3] Fuit autem hæc Ciceronis ætas omnium eruditissima: nam ut tot, tamque præstantes oratores omittam: Juris-consulti quoque fuerunt insignes, & in his C. Aquilius Gallus, L. Lucilius Balbus, C. Juventius, Sextus Papirius, auditores Q. Mutii Scævolæ Pontificis, cui & Cicero dedit operam adolescens.

[4] Æqualis autem propè Ciceronis erat P. Servius Sulpitius, qui superiorum auditor, discipulos habuit, A. Offilium, P. Alphenum Varum, Caium, Titium Cæsium, duos Ausidios, C. Atteium Pacuvium, Flavium Priscum Cinnam, P. Cæcilium.

[1] Flo-

[1] In hoc Gellius l. 5. c. 28. Quintilianus l. 12. c. 6. Asconius & alii consentiunt. Conradus Fenestella errorem à Pædiano notatum sequi maluit.

[2] In Brut.

[3] Pompon. tit. de origine juris. Plutarchus in Cicerone: Cicero l. 1. de legibus & in Bruto.

[4] De veterum Jurisconsultorum vitis extant Bernhardi Rutili & Aymar-

Floruit etiam cum Sulpitio C. Trebatius, cui diſcipulus fuit Antiſtius Labeo.

[1] Sulpitium mortuum Cicero verbis amplissimis laudans, Omnes, ait, qui ex omni ætate in hac civitate intelligentiam Juris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Servio Sulpitio non sunt comparandi. *Neque enim ille magis juris-consultus, quam justitiæ fuit.*

[2] Ex proscriptorum numero [3] Q. Sertorius restabat, vir animi robore bellique scientia præclarus. Is in ulteriori Hispania gravissimum bellum excitavit, & devictis aliquot ducibus populi Romani, complures urbes in suam potestatem redegerat.

[4] Itaque belli administratio tandem commissa fuit Cn. Pompeio: cumque varia fortuna

mari Rivalii commentarii.

[1] Cic. Philippica 9.

[2] Livius Epitome 90. & seqq. Florus l. 3. c. 22. Eutropius l. 6. Appianus l. 1. Plutarchus in Sertorio & Pompeio. Orosius l. 5. c. 23.

[3] *Q. Sertorius.*] Sertorius læviente in Italia Sylla, Hispaniam armavit ac bellum Romanis formidolosum movit: ut autem ostenderet, quantum in concordia momenti esset, militi cuidam jussit, ut evelleret caudam equi, quod cum viribus non posset facere, jussit ut singulas setas evelleret, atque ita totam caudam equinam facile depilavit, quo Sertorius innuebat Hispanos concordes invictos fore, discordes facile superari posse.

[4] Vell. lib. 2. Florus lib. 8. c. 22 Liv. Epit. 96. Vide literas Pompei ad Sena-

na sæpe pugnatum esset, tandem insidiosè fuit interfectus Sertorius, & Pompeius deinde decimo ferè anno post inceptum bellum, Hispanias recipit.

[1] In hoc tempore Nicomedes, rex Bithyniæ, moriens, populum Romanum instituit hæredem: [2] Mithridates autem Ponti rex, qui fœdus antè cum Sertorio fecerat, in illa Mariana & Syllana factione, occupata Bithynia, maximis viribus bellum restaurat.

[3] In eum missus est cum exercitu L. Lucullus, qui Cos. equestribus prœliis feliciter rem gessit, ac deinde proconsul, cæso exercitu, & erepta Bithynia, coëgit illum in Pontum retrocedere: Ibi quoque ingenti prœlio victus Mithridates, ad Tigranem Armeniæ regem confugit. Lucullus verò persequens & instans, utriusSenatum apud Salustium, item Ciceronem in Manilliana.

[1] Livius Epitom. 93. Cicero pro Muræna. Appianus in Mithridatico. Florus lib. 3. cap. 5. Eutropius lib. 6. Cicero pro lege Manilia.

[2] *Mithridates.*] Bellum hoc Mithridaticum admodum fuit diuturnum, ac à Lucullo ac Pompeio vix multis prœliis finiri potuit: tandem *Mithridates* à proprio filio Pharnace proditus ac obsessus, se ipsum veneno necare voluit, sed frustra, quippe perpetuo antidotorum usu ita naturam suam contra venena instruxerat, ut à nullis amplius læderetur; ejus enim inventum fuit alexipharmacum illud quod hodie *Mithridatium* dicitur: ergo tandem gladio se trajecit.

[3] Livius Epitome 93.

utriusque copias aliquot præliis, conscidit, & *quo minus planè bellum conficeret, optatumque victoriæ fructum atque laudem reportaret, in causa fuerunt seditiones militares, callidè à nonnullis excitatæ.*

[1] Nam paulò post revocato Lucullo, belli administratio commissa fuit Cn. Pompeio: cujus quidem rei suasor etiam fuerat M. Cicero, quum in Pompeii laudem luculentam haberet ad populum orationem.

[2] Lucullus, revocatus triumphavit nihilo secius,& epulum splendidissimum populo Romano dedit: *Relicta deinde Republicâ, domi vixit privatus in Philosophiæ studiis, & amplissimam instituit Bibliothecam, in victu quotidiano splendidus & magnificus, ut antea semper.* Ejus Bibliothecæ meminit Cicero, seque eò venire solitum esse ostendit, ut libros inde promeret.

[3] Pompeius Mithridatem in fugam conjecit, longissimeque persecutus est. Et Tigranem

94, 95, 97. Dio libro 35. Plinius de viris illustribus. Florus libro 3. cap. 5. Eutropius lib. 6. Appianus in Mithridatico. Vell. l. 2. Orosius lib. 6. cap. 2. & seqq. Cicero pro Archia.

[1] Cic. pro lege Manilia. Acad. quæst. libro 4. Athenæus libro 6. Livius Epit. 100. Dio lib. 36. Appianus in Mithridatico. Plutarchus in Pompeio.

[2] Cic. 3. de fin. Plin. lib. 18. cap. 5 Lucullum senem triumphalem appellat. Velleius lib. 2 Xerxen togatum.

[3] Cic. pro Sextio. Plutarch. in Pompeio. Livius.

nem regem deditione cepit: quumque in ſuis caſtris illum ſupplicem abjectumque vidiſſet, erexit, ut ait Cicero, atque inſigne regium, quod ille de ſuo capite abjecerat, repoſuit, & imperatis certis rebus regnare juſſit.

[1] Mithridates tandem obſeſſus à filio ſuo Pharnace, mortem ſibi conſcivit ipſe.

[2] Cn. Pompeio magnam authoritatem conciliaverat bellū illud, quod cū piratis geſſit: quod quidem fuit ante quam in Mithridatem iret.

[3] Eo ſedato bello, mox aliud incendium civile exortum eſt, nam [4] L. Catilina cum aliis mul-

vius. Epit. 101. Florus l. 3. c. 6. Eutropius libro 6. Dio. lib. 36. Valerius lib. 5. cap. 1. Oroſius libro 6. cap. 3.

[1] Plinius de viris illuſtribus: Livius Epitome 101. Dio. lib. 37. Appianus in Mithridatico: Eutropius lib. 6. Plinius lib. 23. c. 5. Florus lib. 3. c. 3. Valerius l. 9. c. 2. Oroſius lib. 6. c. 5.

[2] Bellum hoc à Saluſtio in Catilin. maritimum: à Cicerone ad Quirites poſt reditum, Piraticum nominatum. Deſcribit Dio lib. 36. Appianus in Mithridatico. Plutarchus in Pompeio. Livius Epit. 99. lib. 8. cap. 6. Velleius lib. 1. Eutropius lib. 6. Meminit Cicero pro lege Manilia. Lucanus lib. 6. Pharſal.

Et victis cedat piratica laurea Gallis
Magne tuis.

[3] Cicero in Catilinariis. Livius Epit. 102. Florus lib. 4. cap. 1. Velleius lib. 2. Appianus lib. 2. de bello civili. Eutropius lib. 6 Saluſtius in Catilinaria. Dio lib. 37. Bellum Catilinarium luculenter deſcripſit Conſtantinus Felicius Durantius.

[4] *L. Catilina.*] Ab hoc excitatum fuit bellum *Catilinarium* de quo in-

multis in perniciem Reipublicæ conjuraverat. Verum ſingulari Ciceronis induſtria, qui tum conſul erat, patefacto ſcelere, pulſus urbe, cum copias in Hetruria & manus perditorum hominum coëgiſſet, à C. Antonio conſule, Ciceronis collega, prælio victus, occubuit.

[1] Operam, quam tum Reipublicæ præſtitit, Cicero paſſim in ſuis ſcriptis prædicat, & non modo tunc viſas nocturno tempore faces, ardoremque cœli, fulminumque jactus, & terræ motus extitiſſe dicit, verum etiam illa prodigia, quæ L. Cotta & Tarquaro conſulibus, annis duobus ante ipſum conſulem acciderant, huc accommodat, quando plures in Capitolio turres percuſſæ, & ſimulacra Deorum depulſa, & ſtatuæ veterum hominum dejectæ, & legum æra liquefacta fuerunt, tactus etiam, qui Romam urbem condidit, Romulus, parvus atque lactens, & uberibus lupinis inhians.

[1] Ca-

primis legendus Saluſtius. *Catilina* ſtatuerat ſpoliare & incendere urbem Romam, ſed conjuratio ejus detecta fuit à ſcorto quodam nomine Fulvia. Igitur Cicero tum temporis Conſul Catilinam urbe expulit, ejus Socios in carcere necari juſſit, atque ita nefaria Catilinæ conſilia ſua vigilantia diſſipavit: unde *Pater Patriæ* fuit dictus, & de ſe ipſo gloriabatur hoc verſu. *O fortunatam natam me Conſule Romam.*

[1] Eadem prodigia Cicero in ſecundo de conſulatu, Uraniam Muſam narrantem fecit verſibus elegantiſſimis, qui extant lib.

[1] Catilinæ naturam & ingenium Cicero deſcribens, nunquam ait fuiſſe tale monſtrum in terris ullum, tam ex contrariis diverſiſque inter ſe repugnantibus naturæ ſtudiis cupiditatibuſque conflatum.

[2] Cicerone conſule, [3] natus eſt C. Octavius, & Judæa Romanis facta ſtipendiaria, cum Hieroſolymam [4] Cn. Pompeius expugnaſſet.

[5] Quinto poſt anno, L. Piſone, A. Gabinio, conſulibus, Helvetii ſedes mutarunt, & maximis cum copiis per Provinciam Gallicam conſtituerunt in reliquam Galliam penetrare, & ibi propter agri fertilitatem conſidere.

[1] Quo

lib. 1. de Divinatione. De iiſdem Obſequens.

[1] Cic. pro Cœlio. Libidinis ejus meminit Valerius lib. 5. cap. 1. Videatur Porcius Cato in declamatione ſua in Catilinam, Suidas in voce L. Sergius Catilina.

[2] Velleius lib. 2. Sueton. in Auguſto. Gellius lib. 15. cap. 7. De Hieroſolyma expugnata à Pompeio legatur Joſephus lib. 14. cap. 18. Eutropius lib. 6 Oroſius lib. 6. cap. 6. Tacitus hiſtoriarum libro 5. Dio lib. 37. Auguſtinus de civitate Dei libro 18. cap. 45.

[3] *Natus eſt.*] Qui poſtea dictus fuit Cæſar *Auguſtus.*

[4] *Cn. Pompeius.*] Atque hic deſinit Tertia Monarchia Græca ſive Maced. & incipit Quarta ſive Romana, nam omnium Monarchiarum principia ab eo anno ſunt deducenda, quo Judæi facti ſunt tributarii & exteris ſubjecti, ſicuti ſupra fuit oſtenſum.

[5] Livius Epitome 103 & ſeqq. Florus l. 5. c. 10.

[1] Quo cognito, [2] C. Julius Cæsar, sex annis natu minor Cicerone, collecto exercitu, quòd ei provinciam senatus attribuisset, profectus illuc, & commisso prælio fudit hostem: post etiam Arioviſtum, Germanorum regem, qui Galliam Celticam, inprimis autem Heduos, populi Romani socios, oppresserat, non procul à Rheno debellavit, Vesontione, Sequanorum oppido profectus. Omnem deinde Galliam in ditionem populi Romani perduxit, simul trajecto mari, Britanniam devicit.

[3] Ex Britannia Cæsarem ad se dedisse literas ait Cicero, Calendis Septembris, quas ipse post acceperit ad quartum Calendis Octobris. Cum in Galliam Cæsar iret, Cicero vexatus à P. Clo-

Strabo l. 4. Eutrop. l. 6. Vell. l. 2. Cæsar. lib. 1. de bello Gallico. Suetonius in Julio. Oroſius l. 6. c. 7. & seqq. Dio l. 38. Plutarchus in Cæsare.

[1] Contrarium Pompeius apud Lucanum lib. 2. de Cæsare asserit.

---Rheni gelidis quod fugit ab undis,
Oceanumque vocant incerti ſtagna profundi,
Tertia quæsitis ostendat terga Britannis.

[2] *C. Julius Cæsar.*] De actionibus & vita Julii Cæsaris ejusq; variis bellis contra Gallos, Germanos, Belgas ac Britannos gestis legendus inprimis Suet. & ipsius l. C. commentaria. Britannia ante I. Cæsar. Romanis fuit incognita, qui primus ex portu Iccio in Britanniam transjecit eamque ex parte tributariam fecit.

[3] Cic. ad Q. Fratrem, lib. 3. Epiſtola 1. Dio lib. 38. Velleius l. 2. Plutarch. in Cicer. *Oratio ad populum & equites habita, quæ sub*

P. Clodio tribuno plebis, [1] in exilium diſceſſit, oratione prius habita ad populum, & equites, qua ſuos liberos atque familiam illis commendat.

[2] Revocatus autem aliquot poſt menſibus à ſenatu, maxima cum populi gratulatione, alteram habuit orationem ad Quirites, qua gratias agit amicis.

[3] Cauſam exilii poſt contulit in L. Piſonem, A. Gabinium, conſules, ab iiſque proditum ſeſe demonſtrat, habitis orationibus in utrumque, quarum in altera ſenatui ſuadet, ut provincias illis adimant, Syriam & Macedoniam; & ne C. Cæſarem, feliciſſimè belligerantem

ſub nomine Ciceronis extat, inelegans eſt, inconcinna, inſulſa atque inepta, denique vix Latina. Itaque qui eam Ciceroni adſcribunt, eadem opera regi opulento veſtem aliquam craſſo filo, iritam ac laceram circumdant. Dionyſius Gothofredus.

[1] *In Exilium.*] Ciceronis infenſiſſimus hoſtis *P. Clodius* Tribunus plebis fuit: præcipua accuſatio Ciceronis conſiſtebat in eo, quod in conjuratione Catilinaria nobiles Romanos in carcere necari juſſiſſet. Ita Cicero in exilium fuit pulſus, ſed poſt aliquot menſes decreto Senatûs revocatus & ſumma Pop. R. gratulatione in Urbem reductus. Clodium paulo poſt occidit Milo, pro cujus defenſione Cicero ſplendidiſſimam illam orationem, quæ hodieque extat, habuit.

[2] Vide Ciceronis vitam à Franciſco Fabricio deſcriptam. Oratione in Lucium Piſonem & de provinciis conſularibus.

[3] Piſonem & Gabi-

rantem in Galliis, revocent, ſed ut imperium ei proferant, quo plane bellum conficiat.

[1] Interea [2] Ptolomæus Auletes, Ægypti rex, propter ignaviam & crudelitatem regno pulſus, Romam venit, & perſuaſus à Cn. Pompeio ſenatus, per A. Gabinium reſtituit illum, Archelao pulſo, qui de populi voluntate regnabat.

[3] [4] Gabinius fuit damnatus tandem, ut in ærarium inferret decem millia talenta, vel, ut quidam noſtri homines rationem putant, ſexagies centena millia, quod tantam ſummam à Ptolomæo accepiſſet.

[1] [2] M. e-

nium Coſſ. ſuis coloribus multis in locis depinxit Cicero in Orat. ad Quiritis poſt reditum: in Vatinium, de provinciis conſularibus, &c.

[1] Liv. Epit. 205. Dio lib. 39. Strabo lib. 12. & 17. Plutarchus in Pompeio.

[2] *Ptolomæus.*] Plerique Ptolomæi Reges Ægypti non niſi mancipia ignaviæ & crudelitatis fuerunt & propterea indigni quorum memoria celebretur.

[3] Dio lib. 39. Valerius lib. 4. c. 2. Cicero pro C. Rabirio. Strabo libro 17. Budæus de aſſe libro 3. Mart. Hoſtius rei num. l. 2.

[4] *Gabinius.*] Ingens Romæ fuit controverſia: *an Ptolom. Auletes in regnum Ægypti reſtituendus eſſet.* Putabatur priſcis carminibus Sybillinis prædici 1. Rempublic. Romanam tum perituram poſtquam cum exercitu Ægyptum introiviſſent, ſed Gabinius pecunia corruptus Ptolomæum reſtituit.

[1] Liv.

1 2 M. etiam Craſſus, cui Parthicum bellum fuit decretum, Euphrate tranſmiſſo, victus in colloquio, deinde perfidè fuit interfectus.

3 *Hic eſt ille, qui dicere ſolebat, neminem eſſe divitem, niſi qui exercitum alere poſſet ſuis fructibus.*

4 Per hoc quoque tempus fuit occiſus à T. Annio Milone P. Clodius; Milonem Cicero defendit, Cn. Pompeio tertiùm conſule: ſed ille tamen juſſus eſt exulare.

5 Confecto bello Gallico, quod fuit octavo

1 Liv. Epit. 106. Dio l. 40. Juſtin. l. 42. Velleius l. 2. Florus l. 3. cap. 9. Eutropius l. 6. Oroſ. l. 6. c. 13 Aprinus in Parthicis. Plinius lib. 33. cap. 10. Plutarchus in Craſſo. Cic. 1. & 2. de divinatione. ad Att. l. 4. Epiſt. 12. Ovid. 6. Faſtor. Feſtus Rufus in compendio.

2 *M. etiam Craſſus,*] Cognomine *Dives*, quippe immenſas opes poſſidebat & tamen avaritia ejus non potuit expleri. Igitur Parthis bellum intulit ſperans ſe eorũ theſauris potiturum, ſed periit ipſe cum toto fere exercitu. Parthi ca ut ipſi amputarunt & in rictum oris aurum liquidum infuderunt, ut ſeſe illo ſatiaret poſt mortem, quod tantopere vivus ſitiiſſet.

3 Cic. 1. Offi. Vide Ciceronis paradoxon ultimum. Item Dionem lib. 40. in hiſtoria Craſſi: *Exercitus autem conſtat legionibus quatuor, teſte Paulo Manutio.*

4 Dio l. 40. Aſconius Pædianus in argumento Milonianæ. Cicero ad Atticum lib. 9. Epiſtola 18. Vell. lib. 2.

5 Cæſar lib. 1. de bello civili. De bello civili inter Pompeium & Cæſarem geſto legatur Livius Epit.

vo circiter anno, bellum est natum civile C. Cæsaris, cum Cn. Pompeio genero. Causa erat belli, quod Cæsar à consulatu repudiaretur, ni dimitteret prius copias, & provinciam traderet: illi verò persuasum erat, se salvum esse non posse, si ab exercitu recederet: ferebat tamen eam conditionem, ut tum ipse, tum Pompeius traderent exercitus; cumque id repudiaretur, progressus incredibili celeritate cum copiis, è Gallia venit in Italiam, & Flaminiam ingressus, oppida quamplurima, partim gratiâ, partim deditione, capit.

[1] Ea re cognita, Pompeius & ambo consules, C. Marcellus, L. Lentulus, Roma fugiunt, & Brundusium Apuliæ oppidum maritimum petunt. Eò venit etiam Cæsar: sed jam consules trajecto mari Dyrrhachium iverant, neque multò post insequitur eos Pompeius: & cum Cæsar tempore excluſus, quod classem idoneam non haberet, illum prosequi non posset, Romam venit, & convocato senatu, de injuriis queritur, ac simul pacis conditiones proponit: cumque remissius ageretur à senatu,

Epit. 110 & seqq. Plutarchus in vitis. Dio lib. 41. Florus l. 4. cap. 2. Eutropius l. 6. Oros. l. 6. cap. 15. App. de bello civili. Cæsar in commentariis de bello civili. Lucanus in Pharsalia. Cicero in Epistolis ad Atticum.

[1] Cic. l. 16. Epist. 11. ad famil. Ad. Att. 9. Epist. 2 Cæsar. l. 1. de bello civili Eutropius l. 6. Orosius l. 6. cap. 15.

[1] Cæs.

tu, Massiliam petit, quæ portas illi clausit. Itaque comparata classe, terra marique illam obsidet, & relictis ibi legatis in Hispaniam proficiscitur. Ibi Petreium & Afranium Pompeianos duces, totumque exercitum deditione tandem capit.

[1] Pòst Massiliam redit: quæ tum primum desperatis rebus omnibus, in potestatem illius se permisit, & absens à M. Lepido prætore Dictator factus, Romam venit, comitia habet & consul creatur cum P. Servitio Isaurico: deinde rebus in urbe constitutis, in Græciam transmittit, ac tandem [2] in Thessalia Pompeium maximo prælio vincit, copiis multo superiorem, & castris exuit.

[3] [4] Pompeius fugiens, Ægyptum petit. *Erat*

[1] Cæs. libro 2. lib. 3. Plutarchus in Bruto media est ætate hoc factum scribit.

[2] *In Thessalia.*] Bellum *civile* inter Cæsarem & Pompeium unico prælio in Thessalia apud oppidum *Pharsalum* fuit terminatum: ibi Pompeius & cum eo libertas ac Resp. occubuit. Præcipuus Pompeii in hoc bello error fuit, quod urbem Romam & Italiam deseruit, ac hostem suum, inflatus antiqua sua gloria, quam bello Mithridatico sibi comparaverat, contempsit.

[3] Cæs. lib. 2. libro 3. de bello civili. De Pompeii fuga & interitu Cæsar. l. 3. Livius Epit. 112. Plutarchus in Pompeio. Appianus lib. 2. Dio. l. 42. Vell. l. 2. Florus l. 4. c. 2. Eutropius l. 6. Orosius l. 6. c. 15. Lucanus libro 8. Meminit Cicero 2. de Divinat. & l. 3. Tusculan.

Cic. Philippica 13. indicans

Erat tum Rex Ptolomæus Dionyſius, Ptolomæi Auletæ filius, quem expulſum regno Pompeius conſul per A. Gabinium reduxerat, ut ſupra diximus. Propter hoc beneficium ſperabat opem atque tutelam in ea regione: rex autem erat ætate puer, ejuſque familiares, *vel quod fortunam Pompeii deſpicerent, vel quod motum aliquem metuerent, inſidioſè illum interficiunt.* Cæſar fugientem perſecutus, Alexandriam pervenit cum tribus millibus hominum & ducentis, atque ibi primum de morte Pompeii cognoſcit.

[1] Gerebat tunc bellum Ægypti rex cum ſorore Cleopatra. Cæſar itaque cum eſſet Alexandriæ, voluit de controverſiis jure potius apud

dicans de utroque, *Proximo bello, inquit, ſi aliquid de ſumma gravitate Pompeius, multum de cupiditate Cæſar, dimiſiſſet, & pacem ſtabilem, & aliquam Rempublicam nobis habere licuiſſet.*

[4] *Pompeius fugiens.*] Pompeius ex prælio Pharſalico omnibus amiſſis profugus, tandem infelici conſilio Ægyptum petiit, imploraturus illius Regis opem & auxilia, ſed Achillas & Photinus qui præcipui in aula Ptolomæi erant, ſuaſerunt, ut *Pompeius interficeretur*: ita cum ex navi ſua in ſchapham Ægyptiam transcendiſſet, à quodam milite Romano Septimio à tergo fuit trajectus, moxque caput illi præciſum, quod Ægyptii in adventum Cæſaris aſſervarunt; truncus ad littus ejectus ibidem obſcuro tumulo fuit conditus.

[1] Dio 42. Cæſar libro de bello civili. Plutarchus.

apud ſe, quam armis inter ipſos diſceptari, eò quod conſul eſſet populi Romani, & quod ſuperioribus annis cum Ptolomæo, patre regis, lege & ſenatuſconſulto ſocietas facta erat. *Hoc ipſum verò indigniſſimè ferebant præfecti, querentes, majeſtatem regiam minui, quod ad dicendam cauſam evocaretur.* Concitatis ergo animis, bellum adverſus Cæſarem moliuntur, ſed ille, [1] poſt magna pericula victor, extincto rege, non quidem redegit Ægyptum in provinciæ formam, ſed Cleopatræ, ejuſque fratri minori regnum permiſit.

[2] Inde profectus in Syriam, ac in Pontum, [3] Pharnacem regem, Mithridatis filium, profligat; Cappadociam, Armeniam, Gallogræciam, Pontum & Bithyniam pacat.

[4] In Italiam ac Romam deinde reverſus, media poſt hyeme: ad ſolſtitium hybernum, ex-

chus. Strabo lib. 17. Hirtius de bello Alexandrino. Oroſius l. 6. c. 16.

[1] *Poſt magna pericula.*] Cæſar ab Ægyptiis in hoſpitio ſuo obſeſſus, cum aliam evadendi ad ſuos ſpem non videret, ſe ipſum conjecit in aquam & ad ſuos incolumis enatavit, tanta audacia, ut epiſtolas quas in manu tenebat ne aqua quidem madefaceret.

[2] Hirtius de bello Alexandrino. Livius Epit. 113. Dio lib. 42. Oroſ. l. 6. c. 15. Eutropius lib. 6. Suetonius in Julio, c. 35. Florus l. 4. c. 2.

[3] *Pharnacem.*] De hoc bello J. Cæſar dixit, *Veni, vidi, vici*, quo ſummam ſuam celeritatem uſus fuerat, deſignavit.

[4] Cic. 2. de Divinat.

[3] Ap-

ex Lilybeo trajicit in Africam, licet à ſummo aruſpice monitus eſſet, ne ante brumam tranſmitteret.

[1] Eò confugerant à pugna Pharſalica Scipio *& Cato, M. Portii Catonis pronepos*, magniſque contractis copiis, Jubam regem ſibi conſociaverant. Profectus igitur eò Cæſar ad internecionem omnes delevit.

[2] [3] Et Cato quidem, ne in illius poteſtatem veniret, Uticæ mortem ſibi conſcivit ipſe, *quod quidem Cicero defendit, &, cui incredibilem quandam naturæ gravitatem dediſſet, ei potius hoc faciendum fuiſſe dicit, quam tyranni vultus aſpiciendus.*

[1] *Erat*

[1] Appian. l. 2. Dio l. 43. Flor. l. 4. c. 2. Hirtius de bello Africo. Sueton. in Julio, cap. 35. Oroſius l. 6. c. 16. Eutropius l. 6. Seneca l. 2. Epiſtolarum.

[2] Cic. 1. Off. De Catonis Utiœnſis interitu legatur Livius Epit. 114. Plutarchus in vita Catonis. Hirtius lib. 5. Seneca Epiſt. 25. Valerius Maximus l. 3. c. 2. Florus l. 4. c. 2. Cic. 1. off. & 1. Tuſcul. 5. de finib. libro 9. epiſt. ad Pætum. Lactantius l. 3. c. 18. Gellius l. 13. cap. 18. Dio l. 43. Horatius l. 1. Ode 12. lib. 2. Ode 1. Auguſtinus l. 1. de civitate Dei cap. 23. De illis autem, qui ſeipſos interficiunt, legatur Cicero Tuſculan. quæſt. l. 1. & in ſomnio Scipionis. Joſephus l. 3. c. 14. belli Judaici. Auguſtinus de civitate Dei lib. 1. cap. 12. Sextus Pompeius l. 3. de verborum ſignificationibus in voce Carnificis.

[3] *Et Cato.*] Marc. Cato tota vita vir rigidus & recti ad mortem uſque tenax fuit; hic noluit à Cæſare gratiam quam offerebat,

[1] *Erat Stoicæ disciplinæ Cato, & sententias horridiores nonnunquam in senatu defendebat, tanquam in Platonis versaretur politia, sicut ait Cicero, non tanquam in Romuli fœce.*

[2] Romam postea Cæsar venit: cumque de Gallia, Ægypto, Ponto, & Africa triumphasset, adversus Sextum Pompeium bellum suscepit, in Hispaniam profectus, eumque debellavit.

Itaque devictis omnibus adversariis, & longè lateque pacatis populis, *in urbem redit anno quinto post inceptum bellum civile*: & cum de Hispania triumphasset, Dictatoris quoque nomen atque potestatem sibi delatam perpetuo sumeret, *ac senatum pro suo constitueret arbitratu*, reliquos etiam honores ac munera publica propè solus elargiretur, ac quibus vellet distribueret, in odia plurimorum incurrit.

[3] Mutato igitur Reipublicæ statu, & ad unius principatum redacta summa rerum, con-

bat, accipere, sed rebus desperatis se ipsum in urbe Africæ Utica interfecit; unde etiam cognomine *Uticensis* dictus fuit.

[1] De Stoicis videatur Diog. Laertius l. 7. Lib. 2. ad Att. Epist. 1. De moribus Catonis videatur Lucanus: lib. 2. Velleius l. 2. Salustius in Catilinaria. Augustinus l. 5. c. 52. Civitatis Dei scribit, Catonem à Pompeio tanquam belli civilis hæredem relictum esse.

[2] Liv. Epit. 115. Dio l. 43. Hirtius de bello Hispaniensi. Suetonius in Julio c. 35. Orosius l. 6. c. 16. Eutropius l. 6.

[3] Plutarchus in Cæsare. Florus

conjurationes in eum factæ, tandem exarſerunt, & *quinto poſt menſe, quam Romam veniſſet*, [1] in curia Pompeii fuit Idibus Martiis interfectus, *ab iis ipſis, quos recenti beneficio ſibi devinxerat*, quibuſque ignoverat, quod bello Pompeiano contra ipſum militaſſent. Hi erant M. & D. Brutus, C. Caſſius, Cn. Domitius, R. Trebonius, Q. Tullius Cimber, duo Servilii, Caſca, Hala & complures alii.

[2] [3] Ciceronem quoque M. Antonius conſul, collega Cæſaris, ut conſcium cædis, ad ſenatum coarguit, quod interfecto Cæſare ſtatim cruentum alte extollens M. Brutus pugionem, ipſum nominatim exclamaſſet, atque ei recuperatam libertatem eſſet gratulatus.

[4] Tradunt nonnulli, C. Cæſarem Græcis verbis affatum eſſe M. Brutum irruentem, & appel-

Florus l. 4. c. 4. Sueton. in Julio. Dio l. 44. Oroſius lib. 6. c. 17. Zonaras tomo 2.

[1] *In curia Pompeii.*] Julius Cæſar cum ſtatum Reip. liberum in dictaturam ſive Monarchiam convertiſſet, conjurarunt contra illum optimates, qui libertati favebant, inter quos præcipui erant Brutus & Caſſius. Ab his igitur in ipſo Senatu viginti tribus vulneribus fuit confoſſus & quidem in curia Pompeii ac ad ſtatuam illius.

[2] Appian. lib. 2. Philippica 2.

[3] *Ciceronem quoque.*] Cicero ſi non author, Saltem fautor hujus cædis fuit, qui palam quidem laudabat Cæſarem, ſed clam peſſime oderat.

[4] Sueton. in Julio, cap. 28. Dio 44. *Serviliam M. Bruti matrem à Cæſare unice dilectam, & ampliſſimis*

appellaſſe filium: id quomodo accipiant illi, neſcio. Hoc quidem ex Cicerone conſtat, Brutum annis quindecim fuiſſe natu minorem illo.

[1] Leges aliquot tulit, partim conſul, partim Dictator, quæ propter ipſũ Juliæ dicuntur; agraria, de judiciis, de vi majeſtatis, repetundarum, de ſacerdotiis, de fœnore.

Sunt aliæ quædam ejus nominis, verum ab Octavio latæ.

[2] Clementiam Cæſari tribuunt omnes: Cicero etiam ingenium, acumen, rationem, memoriam, literaturam, cognitionem, diligentiam: ſed ejus dominatum ægerrimè tulit, occultè tamen, & in quadam ad Atticum epiſtola, *Intelliges*, inquit, *id regnum vix ſemeſtre eſſe poſſe.*

[3] Fuit autem in hac tota cauſa Cicero valde lubricus & inconſtans; nam in bello ſecutus eſt partes atque caſtra Pompeii, licet ipſius animi dejectionem atque negligentiam reprehenderet: & in epiſtolis ad amicos, C. Cæſarem belligerantem vocabat tyrannum atque monſtrum.

[1] Pro-

pliſſimis muneribus donatam, auctor eſt Suetonius in Julio cap. 50.

[1] Vide Hotomannum.

[2] Cic. Philip. 2.

[3] Ad Attic. libro 8. epiſt. 3. & 9. l. 7. Epiſt. 10. Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt. Item lib. 7. Epiſt. 19. lib. 10. Epiſt. 4. ad Atticum.

[1] Pro

[1] Profligato autem & extincto Pompeio, quum Cæsar multis ignosceret, stylum vertit, & tribus habitis orationibus, ad cœlum usque laudibus eum efferebat: cumque fieri insidias audisset, seque satis vixisse nonnunquam diceret, ille deprecatur, & orat ut hanc opinionem deponat: nam etsi gloria sit cumulatissimus, ideoque sibi quidem satis vixerit, non tamen satis vixisse Reipublicæ, quæ præsidio carere non possit non ipsius atq; tutela: de periculo non esse quod sit sollicitus: *Nam omnes*, inquit, *tibi non modo excubias, & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur.*

[2] A nece verò Cæsaris mirum in modum exultabat, & qui illum occidissent, eam gloriam consecutos esse dicebat, quæ vix cœlo capi posse videretur.

[3] Hæc est igitur QUARTA & postrema MONARCHIA. Quo quidem in loco notandum est, quomodo ex minimis initiis paulatim ad summam potentiam creverit ea civitas, quæ à pastoribus condita, domina tandem evasit orbis terrarum.

Nunc

[1] Pro Marco Marcello.

[2] Philippica 2. Lib. 9. Epistolarum ad familiares Epist. 28. eædem Cæsaris vocat divinum in Rempublicam beneficium.

[3] De victoriis populi Romani sic scribit Cicero lib. 5. in Verrem: Lugent omnes

Nunc deinceps breviter, quantum licebit, exponam, quemadmodum ab illo rerum fastigio sensim postea declinarit ad interitum.

omnes populi: regna denique jam de nostris cupiditatibus ac injuriis expostulant: locus intra Oceanum nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non per hæc tempora nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit.

FINIS LIBRI PRIMI.

JOAN-

JOANNIS SLEIDANI De QUATUOR SUMMIS IMPERIIS.

LIBER II.

CÆsare interfecto, [2] C. Octavivius, *qui Cæsaris sororis erat nepos*, traductis ad se legionibus, acerbissimè persecutus est illius percussores.

[3] Et quum initio pro Republica videretur in M. Antonium arma sumere, tandem partitus

COMMENTARIA.

[1] Dio lib. 46. Livius Epit. 120. Appianus de bello civili lib. 3. Velleius l. 2 Suetonius.

[2] *C. Octavius.*] Qui postea dictus fuit *Augustus*, hic in testamento Cæsaris scriptus fuit hæres, ideoque interfectores sui patris bello persecutus, omnes interfecit.

[3] Appian. l. 4. Eutrop. lib.

tus imperium cum illo & M. Lepido, [1] Triumviratum instituit, in quo M. Cicero, qui vehementer Antonium oppugnaverat, trucidatus ab eo fuit, natus annos LXIII. cum ante annos octo mortem obiisset Q. Hortensius totidem annis natu major illo, sicut supra dictum est.

[2] Ciceronem planè fefellerunt sua consilia: cum enim à morte C. Cæsaris Rempublicam perturbaret Antonius, C. Octavium, Cæsaris propinquum, viginti annorum adolescentem, miris laudibus senatui Cicero commendabat, & suadere cœpit, ut non habita illius ætatis ratione, crearetur consul, adductis ex veteri memoria multis exemplis, quamobrem id fieri posset, refutatis etiam iis, quæ metuenda videbantur. Fidem suam obligare se profitebatur senatui, semper illum talem fore civem, qualis tum esset, qualemque eum maxime vel-

le &

lib. 7. Oros. libro 6. cap. 18. Philippica Ciceronis. De morte Ciceronis tradit Appianus lib. 4. Livius Epit. 120. Florus lib. 4. c. 5. Plutarchus in vita. Dio l. 47. Eutrop. lib. 7. Velleius l. 2. Valerius l. 1. c. 4. & libro 5. c. 3.

[1] *Triumviratum.*] *Augustus, Antonius & Lepidus* tandem conjunctis armis Remp. Rom. oppresserunt, interfectis & proscriptis omnibus hostibus suis. Inter quos etiam fuit *Cicero*, cui caput & manus dextra, qua scripserat orationes Philippicas contra Antonium, fuit præcisa & pro rostris publico spectaculo exposita.

[2] Philippica 3.

[1] In

le & optare deberent. Sed post ab illo destitutus, in Antonii manus devenit.

[1] M. Brutus etiam graviter eum reprehendit, [2] quod illi sic adularetur.

[3] Cæterum in æmulatione imperii, natis, uti fieri solet, offensionibus, *cum propter conjurationem in Octavium* triumviratu jam antea motus esset, *& relegatus M. Lepidus*; [4] bellum in Antonium alterum collegam suscepit Octavius, & ipsum atque Cleopatram, de qua supra diximus, post Actiacam victoriam, expugnavit ad Alexandriam, & ad mortem sibi ipsis inferendam adegit, & Ægyptum populi Romani provinciam fecit.

[1] *Tra-*

[1] In libro epistolarum ad Brutum Epistola 16. cui initium, Particulam.

[2] *Quod ille sic.*] Sed adulatio hæc fuit ficta sive simulata: clam enim Cicero Augustum oderat, unde dicebat, *puerum illum esse laudandum & tollendum*, quod cum innotuisset Augusto, & ipsum Ciceronem suspectum habere cœpit.

[3] Sextus Aurelius: *Imperia difficile concordiam custodiunt.* Dio lib. 49. App. l. 5. Vell. lib. 2. Orosius l. 6. c. 18. Sueton. in Augusto cap. 6. Dio l. 50. & 51. Florus l. 4. c. 11. Velleius l. 2. Plutarchus, Eutropius lib. 7. Orosius l. 6. c. 19. Virgilius lib. 8. Horatius in Epod. Ode 9. Propertius libro tertio, Elegia nona. Item libro 4. Elegia 6.

[4] *Bellum in Antonium.*] Ultimum bellum civile inter Augustum & Antoniũ terminatũ fuit unico prælio navali ad Actium promontorium Epiri. Antonius & Cleopatra fugerunt in Ægyptum, ipse Antonius ibi se gladio trajecit,

[1] Tradunt authores, *Ægypti fructus annuos fuisse, Ptolomæo Aulete regnante, duodecim millia quinquaginta talenta: hanc summam nostri temporis viri docti redigunt ad septuagies & quinquies centena coronatorum aureorum millia. Cum autem in populi Romani ditionem venisset, multò putant fuisse fructuosiorem, propter Indiæ & Æthiopiæ commercia.*

[2] Devicto & sublato Antonio solus per annos XLIIII. rempublicam gessit Octavius, *& ipsius imperii anno* XXIX, [3] *conditi autem orbis ter millesimo nongentesimo quarto, sicut plerique numerant, natus est salvator noster Jesus Christus, quum ante septem annos Herodes, cognomento Magnus, templum Hierosolymæ dirutum reædificasset magnificentissimè.*

[1] M. An-

trajecit, Cleopatra aspidum morsu se necavit: ita solus Augustus imperium Rom. obtinuit.

[1] Strabo 17. ex Cicer. Bud. de asse l. 4. Matt. Hostius rei num. lib. 7. At Diodorus Siculus, qui, ut ipse testatur, eodem Ptolomæo regnante in Ægyptum ivit, longè à Cicerone dissentit, reditum enim Ægypti fuisse dicit tantùm 1ↄↄc1ↄ talētorum. Isaacus Casaubonus in commentario ad Strabonem.

[2] Joseph. Antiquitat. l. 16. c. 14. & de bello Judaico l. 1. c. 10.

[3] *Conditi autem.*] *Christus* præcise natus fuit anno mundi quater millesimo: à nato Christo secundùm æram Dionysianam 1668. quæ 4. annis deficit à vero calculo, itaque adde quadriennium ad annos à nato Christo & habèbis verum e. gr.

[1] M. Antonius habebat in matrimonio C. Octavii sororem, sed amore captus Cleopatræ, cum Asiam peragraret, illa deserta, duxit hanc uxorem, eaque res partim etiam belli causam dedit.

[2] Summus autem erat utriusque luxus, deque conviviis illorum atque deliciis & [3] voluptatibus, incredibilia ferè prodiderunt authores: verùm is, quem dixi, fuit ipsorum exitus, vitæque finis.

[4] M. Antonius erat M. Antonii, de quo supra dictum est, oratoris clarissimi nepos.

C. Octavio regnante, populi Romani exercitus omnium primò bellum Germaniæ fecit in ipsorum finibus.

C. Julius Cæsar bis quidem profligavit Germanos, verùm in Galliis, nempe Ariovistum in Celtis, & deinde ad Mosæ confluentem atque Rheni: post eam victoriam extructo ponte Rhenum transit, sed paucis diebus ibi commoratus, exercitum in Galliam reduxit, pontemque rescidit.

[1] Bien-

nunc numeramus 1668. adde quatuor annos & provenient ann. 1672. & tot anni effluxerunt à nato Christo.

1 Dio lib. 5.

2 Plutarchus in Anton. Plinius lib. 9. c. 25. Macrob. l. 3. cap. 17.

3 *Voluptatibus.*] *Cleopatra* margaritam pretiosissimam aceto dissolutam absorpsit atque ita Antonium luxu superavit.

4 Cæs. lib. 1. & 4. de bello Gallico.

[1] Cæs.

[1] Biennio deinde post, rursus ponte Rhenum transmisit, paulo supra eum locum, quo antea exercitum traduxerat, ac tum planè constituit in Suevos proficisci: verùm per exploratores certior factus de rebus omnibus, & difficultatem veritus, inopiamque commeatus, in Galliam se recepit, partem aliquam pontis rescidit, & in altera parte turrim atque castellum constituit, præsidiisque firmavit, ne sui reditus metum hostibus omnino tolleret.

[2] Et hæc quidem solùm adversum Germanos gessit C. Cæsar, sicut ipse commemorat: Verum Octavius, per Tiberium atque Drusum fratres, bellum Rhœtis intulit atque Vindelicis, & ex Ubiis, populi Romani sociis, eam Germaniæ partem, quæ Westphalia dicitur, in-

[1] Cæs. lib. 6. belli Gallici. Dio l. 39. & 40. Plutarchus in Cælare, Orosius l. 6. c. 9.

[2] Cæs. lib. 4. & 6. de bello Gallico. Sueton. in Augusto cap. 21. in Tiberio cap. 9. Flor. l. 4. c. 12. Horat. l. 4. Ode 14. Cladis Varianæ historiam habent, Florus l. 4. c. 12. Suetonius in Augusto cap. 23. Vell. l. 2. Sextus Aurelius Victor. Dio l. 50. Tacitus Annal. lib. 1. & lib. de moribus German. Oros. lib. 6. cap. 21. Zonaras tomo 2. De loco editæ huius stragis recenti res dissentiunt. *Otho Frisingensis & Abbas Urspergensis, quinque hos sequuntur.* Picus in Stauroslicho, Nauclerus volum. 2. generat. 43. *Huttenus*, prope Augustam Vindelicorum pugnatum scribunt. *Æneas Sylvius* collocat pugnam ad Moguntiam. *Munius l. 3. prope Francofurtum Mœni, Aventinus prope Dus-*

invasit [1] duce Quintilio Varo: sed hunc ad internecionem propè concidit Cheruscorum dux Arminius, *inter Amisiam flumen & Luppiam.* Ejus morte gravissimè perturbatum Virgilium, Horatius carmine pulcherrimo consolatur.

[2] [3] Drusus in Germania periit, relictis filiis, Germanico, viro præstantissimo, & Claudio.

Celebrat eum Horatius, ode doctissima, sicut antà quoque diximus, & stirpem ipsius refert ad C. Claudium Neronem, qui consul cum M. Livio Salinatore secundùm, fratrem Annibalis Asdrubalem, novas adducentem copias, ad Metaurum flumen concidit.

[1] Can-

burgam commissum prælium affirmat l. 2. *Vestigia vero & monumenta indubitata* in agro Lippiensis comitatus supersunt.

[1] *Duce Quintilio*] Tres legiones Romanæ una cum Q. Varo à Germanis fuerunt deletæ, tanta cum consternatione Augusti, ut caput parieti illiserit & lamentabiliter exclamarit, *Quintili Vare redde legiones.*

[2] Dio l. 55. Sueton. in Tiber. cap. 8. Ovidius ad Liviam lib. 4. Ode 4.

[3] *Drusus.*] Drusus præcipuè bellum gessit ad Rhenum & ad Isalam, quippe Isala à Druso fuit effossa, unde etiam *fossa Drusiana* dicitur; exstruxit ibi quoque castellum, quod Drusiburgum vocatur, hodie *Daesburg* in comitatu Zutphaniensi. Hinc hodieque spectra vel lemures aut diabolum vocant *Drusum* ejus ora incolæ.

[1] Sue.

[1] Cantabros præterea domuit Augustus, & Aquitanos, & Pannonios, & Dalmatas, & Illyricos, & Salassios, Alpium incolas.

[2] *De deponenda quidem Imperii mole dicitur cogitasse non semel, sed cum invicem reputaret, se privatum non sine periculo futurum, & illam arbitrio multorum temere committi, sententiam mutavit.*

[3] Regni ipsius anno XXXIII. Herodes Magnus, quem M. Antonius, & ipse, tertio triumviratus anno, Judææ regem constituerant, mortuus est: & octavo post anno, filius ejus atque successor Archelaus, relegatus fuit in exilium, Viennam Galliæ oppidum.

[4] *Ad provinciarum Imperii tutelam legiones aluisse scribitur Octavius* XLIIII, *& in Ægypto quidem ternas, in Hispania totidem, per Germaniam octonas. Quantus autem fuerit ejus rei sumptus annuus, nonnulli ratienem inierunt, & ad centies atque vicies centena coronatorum aureorum millia ponunt, sic, ut in singulas legiones annuatim ducenta septuaginta duo distribuant aureorum millia.*

[1] Le-

[1] Sueton. in Augusto cap. 20. Dio l. 54. Eutropius l. 7. Orosius l. 6. c. 21.

[2] Sueton. c. 28. Diol. 52. Donatus in vita Virgilii. Zonaras tomo 2.

[3] Zonaras tomo 1. Joseph. Antiquit. Judaic. lib. 17. cap. 10. & 19. & de bello Judaico lib. c. 6.

[4] Oros. lib. 5. cap. 20. De legionibus Romanorum earumque stipendiis, consule Dionem libro 55.

[1] *Legionem vero* [2] *sex millibus peditum censent, equitibus quingentis.*

[3] In Octavio valde prædicatur ſtudium & liberalitas erga viros doctrina præſtantes. [4] Erant tunc præcipui nominis poëtæ, Varius, Virgilius, Plotius, Valgius, Fuſcus, duo Viſci, Pollio, Meſalla, Bibuli, Servius, Furnius, Horatius, *qui ſua ſcripta cupit illis probari, minimè ſollicitus quid alii ſentiant.*

[5] *Cæterum inde à M. Porcio Catone & Afri-*

Tacitum libro quarto Annalium. De ſtipendiis militum videatur Tacitus libro primo. Præter hos legatur Budæus de Aſſe lib. 3.

[1] Vide Fl. Vegetium de re militari libro ſecundo, cap. 6. Modeſtium de vocabulis rei militaris. Iſidorum Etymolog. libro nono cap. 3. Suidam in voce λεγεών.

[2] *Sex. millibus.*] Legio Romana complectebatur 6. millia peditum & 500. equites; ergo quadraginta quatuor legiones conficiunt ducenta ſexaginta millia peditũ, & equitum 22. millia.

[3] Horat. l. 1. Satyra 10.

[4] *Erant tunc.*] Præcipui *Poetæ* ſub Auguſto floruerunt *Virgilius*, *Horatius* & *Ovidius*. Sed *Ovidius* in Auguſti indignationem lapſus & in exilium pulſus fuit, neque unquam gratiam recuperare potuit. *Virgilius* & *Horatius magnis* præmiis & honoribus ab Auguſto fuerunt affecti, cumque aliquando inter Virgilium & Horatium medius ſederet Auguſtus joco dixit. *Sedeo inter ſuſpiria & lacrymas*, nam *Virgilius* erat querulus & triſtis, *Horatius* autem lippus.

[5] Lege Hadriani Cardinalis præfationem in librum de ſermone Latino.

[1] Cic.

Africano majore, ad hoc usque tempus, perpetua quadam serie clarissima Romæ fulserunt ingenia: sed hoc Augusti seculum ferè postremum est, quod nativum illum linguæ Latinæ succum & sanguinem incorruptum retinuit: Nam deinceps paulatim magis atque magis fuit sermo vitiatus, donec in meram degeneravit barbariem, quæ ad hanc nostram usque memoriam adhæsit.

[1] Cordubæ natos poëtas pingue quoddam sonare Tullius ait, & peregrinum; quid de illis judicaturum fuisse putamus, qui centum & ampliùs post annis vixerunt, non Cordubæ nati solùm & educati, sed etiam Romæ?

[2] Cæterùm, Tiberius, Octavii Augusti privignus & gener, & filius adoptivus, [3] admodum invitus, ut quidem præ se ferebat, & vix tandem exoratus à supplice senatu, principatum suscepit; & initio quidem nihil solus agebat, deque rebus omnibus, quæ alicujus essent mo-

[6] Cic. pro Archia. Repetit hoc Seneca suasoria sexta.

[7] Tacit. 1. Annal. Sueton. in Tiberio cap. 24, 30, & 41. & seqq. Eutropius l. 7. Tacitus Annal. 5. Dio l. 57.

[8] *Admodum invitus.*] Hoc Tacitus eleganter ita exprimit: *specie recusantis flagrantissime aliquid appetere.* Fuit *Tiberius* maximus simulandi & dissimulandi artifex, iracundus, atrox, implacabilis & denique perfectum speculum Tyranni: tandem sese concluſit intra insulam Capreas, ibique abominandis facinoribus totum se immersit, ac tan-

momenti, cum ſenatu communicabat, ſed paulò poſt, Reipublicæ cura planè depoſita, totum ſe voluptatibus tradidit.

[1] Eo regnante, Armeniam Parthi occuparunt, Mœſiam Daci & Sarmatæ.

[2] Galliam vaſtabant Germani: ſed his incommodis nihil ipſe movebatur.

[3] *Ejus regni anno decimoquinto, Chriſtum ſervatorem noſtrum eſſe crucifixum, nonnulli tradunt,* & magni quidem in re Theologica viri, ſed eodem anno Lucas baptiſatum eſſe ſcribit à Johanne.

[4] Floruerunt tunc M. Cocceius Nerva, pater & filius, Craſſus Longinus, Juriſconſulti.

[5] Tiberii pater fuit Tiberius Nero, qui C. Cæſari bello militarat Alexandrino.

[6] Succeſſit ei Cæſar [7] Caligula, parenti opti-

dem anno ætatis 78. pulvinari fuit ſuffocatus à Macrone præfecto prætorio.

[1] Sueton. cap. 41.

[2] Sextus Aurelius.

[3] Auguſtinus mortem Chriſti collocat in conſulatum Rubellii Gemini & Fuſii Gemini, de civit. Dei l. 8. c. 54. Idem ſentit Lactantius l. 4. c. 10. & Tertullianus contra Judæos. Conſtat autem, hos 15 annos Tiberii magiſtratum obtinuiſſe. Vide præterea Alciatum lib. 6 cap. 11. parergon.

[4] Tacitus Annal. lib. 5. Sueton. in Nerone c. 37.

[5] Sueton. cap. 4.

[6] Sueton. c. 39. in Caligula. De Caligula legatur Dio lib. 19. Eutropius l. 7. Aurelius. Oroſius l. 7. c. 5.

[7] *Caligula.*] Hic in lit-

optimi Germanici peſſimus filius, & planè monſtrum. *Viginti tribus illis annis, quibus præfuit, infinitam auri vim Tiberius collegiſſe ſcribitur, quam iſte primo ſtatim anno totam profudit.*

[1] Ipſius regni anno ſecundo circiter, Herodes Antipa, Magni filius, interfector Johannis Baptiſtæ, Lugdunum fuit miſſus in exilium, & ſucceſſorem habuit Herodem Agrippam, qui Jacobum Apoſtolum extinxit.

[2] Caligulæ necato ſubrogatus eſt Claudius patruus. *Is ubi defeciſſet Britannia, profectus eò, & parte inſulæ in deditionem recepta, domum rediit.*

[3] Maxima fuit, eo regnante, paſſim inedia, quam ab Agabo prænunciatam fuiſſe, Lucas Evangeliſta commemorat.

[4] Claudii ſucceſſor [5] Nero Claudius non ob-

littore maris apud Catvicum aciem inſtruxit quaſi contra hoſtem pugnaturus, mox milites iegere juſſit conchas marinas, atque ita Romæ ridiculum triumphum egit.

[1] Joſeph. lib. 18. c. 14. & de bello Judaico l. 2. c. 8. Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 2. c. 11. & l. 3. c. 4. Actorum 1. Joſeph. l. 20. c. 19. Euſebius l. 2. c. 23. Nicephorus c. 38. l. 2.

[2] Sueton. in Claudio c. 17. Dio lib. 60. Eutropius l. 7. c. 6.

[3] Cap. 11. Actor. Meminit hujus famis Joſeph. Antiquit. l. 20. c. 2. Epiphanius hæreſ. 48, & 66. Euſeb. hiſtor. Eccleſ. l. 2. c. 8. Oroſ. l. 7. c. 6. Ruffinus l. 2. c. 8. Xiphilin. in Claudio.

[4] Eutrop. l. 7. Feſt.

obscurè significabat quandoque, se sublaturum esse prorsus ordinem senatorium. Eo regnante, Britannia magnam cladem accepit, direptis ibi civibus atque sociis populi Romani. Legiones etiam sub jugum missæ fuerunt in Armeniâ, & vix ægrè retenta Syria: deinde Gallia defecit, authore Julio Vindice, ejus provinciæ præfecto, post etiam Hispania, Duce Sergio Galba. Cumque de recuperandis amissis cogitaret, inque Galliam pararet profectionem, reliqui etiam exercitus, quos habebat passim in provinciis, rebellarunt.

[1] Quam fuerit immanis & efferata bellua, notum est ex historiis: itaque judicatus hostis à senatu, [2] seipsum interfecit, adjuvante servulo.

[3] Florebant eo tempore præter Senecam Lucanus, Persius, Silius Italicus, poetæ: & hic quidem ultimo Neronis anno fuit consul.

1 2 *Ab*

Rufus. Suetonius in Nerone c. 40, 42, & 87. Videatur Tacitus Annal. lib. 12, 14, 15, & 16. Dionis Epitome.

[1] *Nero.*] *Nero* primo *quinquennio optimus* fuit Princeps, sed altero atrocissimum tyrannum egit: interfecit præceptorem suum Senecam & matrem Agrippinam, cujus etiam uterum inspexit.

[2] Eutropius l. 6. Aurelius Victor. Oros. lib. 7. cap. 7.

[3] *Seipsum interfecit.*] Moriturus exclamavit, *quantus artifex pereo*, erat n. peritus citharœdus.

[4] Lilius Gyraldus ex Tacito. Plin. secundus lib. 3. Epist. 7. ad Caninium.

[1] [2] *Ab eo tempore ſtatus reipubl. fuit eò redactus, ut penes exercitum atque legiones populi Romani eſſet*, creare Cæſarem; hunc ad modum factus eſt etiam Cæſar Veſpaſianus. Nam qui per Mœſiam erant & Pannoniam, & Judæam & Syriam exercitus, ab A. Vitellio defecerunt, & in Veſpaſiani verba jurarunt.

[3] Hic Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, Thraciam, Ciliciam & Comagenem, populi Romani provincias fecit, [4] & Hieroſolymam funditus delevit, adminiſtrante bellum Tito filio.

[1] Fla-

[1] Morem hunc ſub Pertinace increviſſe, Zoſimus l. 1. teſtatur. Tacit. Annal. l. 19. Eutrop. l. 7. Oroſ. l. 7. c. 8, & 9. Sueton. c. 8. Aurel. in Victore. Sueton. in Vitell. c. 15. in Veſp. c. 6.

[2] *Ab eo tempore.*] Familia Cæſarum extincta fuit in Nerone, & ab eo tempore imperium factum fuit electivum; electio erat penes, exercitum; ita ab exercitibus electi fuerunt *Galba*, *Otho Vitellius*, quibus brevi interfectis ſucceſſit *Flavius* Veſpaſianus.

[3] Tacitus l. 21. Joſephus hiſtoria excidii Hieroſolym. Niceph. 1, 2. hiſtor. Eccleſ. cap. 3. & ſeqq. Euſeb. l. 3. c. 5. & ſeqq. Lactant. l. 4. c. 21. Zonaras tomo 1.

[4] *Hieroſolymam.*] Judæi intra urbem Hieroſolymam obſeſſi, deſperata pertinacia ſe contra Romanos defenderunt. Tanta in urbe fuit fames ut mater proprium infantem coxerit & devoraverit: pluſquam deciescentena millia hominum in hac obſidione perierunt, neque tamen ulla ratione Judæi deditionem facere voluerunt, ſem-

[1] Flavius [2] Domitianus, cum Chattis, cum Dacis, cum Sarmatis bella gessit, deque iis triumphavit.

[3] Vixerunt tunc Statius, Juvenalis, Martialis, Poëtæ.

[4] Ulpius Trajanus à Nerva Cocceio adoptatus, ac deinde Cæsar factus, Dacos bis rebellantes domuit, ac Romanæ ditionis fecit, coloniasque deduxit.

[1] In

semper Messiam deventurum & Romanos deleturum sperantes: Ergo Titus jussit templum incendi, quod cum Judæi conflagrare viderent, neque tamen Messias illorum adveniret, horrendum clamorem sustulerunt: Ita excisa fuit Hierosolyma ac Judæi superstites per totum orbem hodie vagantur.

[1] Sueton. in Domit. c. 6. Aurel. Victor. Eutropius l. 7. Oros. l. 7. c. 10. Euseb. l. 3. c. 13. Xiphilinus.

[2] *Domitianus.*] Is fuit frater Titi Vespasiani, princeps adeo flagitiosus, ut vix similem in historia Romana reperias. Quotidie horam peculiarem in secreto cubiculi sumebat, qua aliud nil egit, nisi quod muscas acuto stylo confixit, unde dictus fuit *muscarum venator*. De hujus Domit. flagitiis inprimis Cornel. Tacitus legendus in vita Julii Agricolæ.

[3] Dion Cassius. Dacicum bellum à Caninio poëta tentatum Plinius meminit l. 8. Epist. 4.

[4] *Ulpius.*] Trajanus inter optimos Romanorum principes refertur; de cujus virtutibus panegyr. Plinii Trajano dictus. Hoc inprimis Trajani dictum celebratur, qui cum gladium præfecto prætorio porrigeret, dixit; *hoc, si bene egero, utere pro me; si male, contra me.* Unde prin-

[1] In Armeniam & Parthos cum exercitu profectus, deditione & gratia ſibi illos adjunxit, & Parthicus deinde vocatus eſt. Verùm plerique omnes ab eo ſubjecti populi, rebellarunt tandem, præcipuè per Armeniam & Meſopotamiam. Parthi etiam regem ipſis datum ab illo, repudiarunt, cum in Italiam reverti cœpiſſet.

[2 3] *Ælius Adrianus Judæam rebellantem domuit: ejus cauſa belli fuit, quòd Hieroſolymæ, quam rurſus habitari permiſit, Jovi Olympio templum ædificaſſet, quam rem indigniſſimè Judæi ferebant.*

[4] Gallias, item Germaniam, & Britanniam,

principibus precari ſolemus *Auguſti* felicitatem & *Trajani* bonitatem.

[1] Eutrop. lib. 8. Feſtus Rufus. Dión Caſſius. Legatur Aurel. Victor. Oroſius l. 7. c. 12. Xiphilin. Zonaras tomo 2.

[2] Dion Caſſius in Adrian. Euſeb. l. 4. c. 2. & ſeqq. Nicephor. lib. 3. cap. 22. & ſeqq. Oroſius lib. 7. cap. 3. Zonar. tom. 1.

[3] *Ælius Adrianus.*] Sub Adriano Judæi per Aſiam & Africam rebellarunt & innumeros Romanos crudeliſſime obtruncarunt. Dux eorum erat quidam impoſtor quæ ſe vocabat *Barchochabam* i.e. filium ſtellæ: tandem Adrianus totius imperii viribus Judæos domuit, multa centena millia interfecit, ac in poſterum prohibuit, ne cuiquam Judæorum liceret Hieroſolymam ingredi.

[4] Ælius Spartianus in Hadriano. Feſtus Rufus. Videatur Aurelius Victor. Xiphilinus.

[1] In-

niam, & Hiſpanias [1] inviſit. Deinde Mauritaniam,& Parthos,& Aſiam, & Græciam,perque Siciliam Romam rediit: Inde rurſus, in Africam profectus, Romamque reverſus, denuo Græciam, Aſiamque petit; illinc in Arabiam contendit, & poſt in Ægyptum.

[2] Convocato ſenatu, commendavit eis Antonium Pium, qui poſt eum factus Cæſar, pacem coluit, deque omnibus bene mereri ſtudens, exteros reges atque populos literis & humanitate in officio continuit.

[3] Ejus tempore Jureconſulti floruerunt, Alburnus Valens Tuſcianus, Vinidius Verus, Vipius Marcellus, Arrianus, Salvius Julianus, L. Volulius Metianus.

[4] Antonio Pio ſucceſſit filius M. Antonius, cognomento Philoſophus, qui propinquum

1 *Inviſit.*] Nudo capite & pedibus totum imperium obivit Adrianus. Moriturus Adrianus hæc verba protuli: *Animula vagula blandula, hoſpes comeſque corporis, quæ nunc abibis in loca pallidula frigida rigida, nec ut ſoles dabis jocos.* Floro Poëtæ ſcribenti ad ſe: *Ego nolo Cæſar eſſe, ambulare per Britannos, Scythicas pati pruinas.* Reſcripſit: *Ego nolo Florus eſſe, ambulare per tabernas, latitare per popinas, culices pati rotundos.*

2 Dion Caſſius. Aurelius Victor. Eutropius lib.8. Julius Capitolinus. Oroſius lib.7. cap. 14.

3 Capitolinus in Pio.

4 Julius Capitolinus. Eutrop.l.8. Feſtus Rufus. *Quadi, Κάδοι, Germaniæ populi, Ptolomæo, Tacito & aliis. Hos ipſos Ax-*

quum L. Aurelium Verum ſocium Imperii ſumpſit. Per eum feliciter geſſit Parthicum bellum, ipſe domi in urbe rempublicam curans: Deinde mortuo Vero, ſolus imperavit, & in Germanos bene rem geſſit: [1] Marcomannos etiam oppreſſit & Sarmatas, & Vandalos & Quados, qui Pannonias invaſerant.

[2] Plerique enim omnes populi, inde ab Illyrico uſque in Galliam, eo tempore contra nomen Romanum conſpiraverant.

[3] Hujus laudatiſſimi principis filius flagitio-

Auſtriacos quidam putant. Sileſios indigitat Dubravius. Aventinus Marchfelders Auſtriæ tractus populos vocat. Quadi quondam Helvetii dicti ſunt Eutropio. Zoſimus lib. 3. Quados Saxonum partem facit, Die Guaden Sachſen.

[1] *Marcomannos.*] In bello Marcomannico cum Rom. exercitus undique obſeſſus inopia aquæ laboraret, Chriſtiani qui in caſtris Romanis erant, ſuis precibus copioſos imbres impetrarunt ſimulque turbines & tempeſtates in hoſtem concitarunt. Inter alia inſigne civilitatis argumentum fuit, quod cum domum Valerii *Omuli* viſens miranſque columnas porphyreticas, requiſiſſet unde eas haberet, atque *Omulus* ei dixiſſet: cum in domum alienam veneris & mutus & ſurdus eſto, patienter tulerit. Jã in agone mortis tribuno militum ſignum poſtulanti reſpondit: *abi ad orientem, ego enim jam ad Occidentem commeo.*

[2] Oroſius l. 7. c. 15. Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 5. Niceph. l. 9. c. 12. Tertull. in Apologetico c. 5.

[3] Ælius Lamprid. Plura de eo Aurelius. Eutrop. l. 8. Herodianus l. 1. Xiphi-

tioſiſſimus, [1] Commodus Antonius, per legatos devicit Mauros atque Dacos, compoſuit Pannonias, Germaniam, Britanniam, imperium ejus recuſantes; ipſe interim in omni genere turpitudinis & crudelitatis vitam degens.

[2] Septimius Severus civile bellum geſſit cum Nigro, qui Aſiam, & cum Albino, qui Galliam ad defectionem ſollicitabat: cum Parthis feliciter pugnavit, Judæos per Syriam debellavit, Perſarum regem Abagatum ſubegit, Arabas in deditionem accepit, [3] Britanniam communivit, *muro utrinque ad Oceanum ducto, per tranſverſam inſulam; & ſubactis populis, Britanniæ infeſtis, Eboraci vitam finiit.*

[1] Ejus

philinus. Oroſius l. 7. c. 9.

1 *Commodus.*] Inter omnes Rom. principes quinque flagitioſiſſimi fuerunt, *Caligula, Nero, Domitianus, Commodus & Heliogabalus.* Commodus interfectus fuit ab uxore Martia.

2 Ælius Spartianus. Eutropius l. 9. Aurelius Victor. Herodianus l. 2. & 3. Oroſius lib. 7. c. 17. Xiphilin. Feſtus Rufus.

3 *Britanniam.*] Tres memorabiles in orbe occurrunt muri ſive munitiones. *Primus* fuit in *Britannia* ab imperatore Severo exſtructus, ac ad mare per muka millia paſſuum ductus contra Scotorum & Pictorum eruptiones. *Secundus* in *Dania* & ducatu Sleſvicenſi. *Tertius* iſque omnium ampliſſimus & ſtupendæ magnitudinis in imperio Sinæ, qui hodieque extat.

1 Spar-

[1] Ejus filius Antonius Baſſianus Caracalla bellum intulit Parthis & Armeniis. Hic eſt, qui [2] Papinianum prætorii præfectum, nolentem defendere parricidium, trucidari juſſit.

[3] Viguerunt hoc tempore complures Juriſconſulti, plerique omnes Papiniani auditores, Tarruntius Paternus, Macer, Terentius Clemens, Menander, Archadius, Ruffinus, Papyrius Fronto, Anthius, Maximus, Hermogenianus, Africanus, Florentinus, Tryphoninus, Juſtus, Caliſtratus, Venuleius Celſus.

[4] Interfecto Caracalla ſucceſſit Macrinus, qui parum feliciter pugnans cum Artabano, Parthorum rege, quum legiones animadverteret ad Heliogabalum Baſſiani filium inclinare, pacem fecit.

[1] [2] Ale-

1 Spartianus de cauſa necis variat. Plura apud Xiphilinum, Eutrop. l. 8. Sex. Aurelium Victorem, Herodian. l. 4. Feſtum Rufum.

2 *Papinianum.*] Cum *Caracalla* fratrem ſuum Getam interfeciſſet, volebat ut Papinianus magni nominis Juriſconſultus hanc cædem tanquam juſtam defenderet, quo abnuente & dicente *facilius patrari homicidia quã defendi*, capite ipſum truncari juſſit. Audiens hoc facinus mitigari poſſe ſi fratrem *Divum* appellaret, reſpondit: *ſit divus dummodo non vivus.*

3 Lampridius in Severo.

4 Julius Capitol. Herodianus l. 4. & 5. Eutropius l. 8. Oroſ. l. 7. c. 18. Aurelius Victor, Xiphilin.

1 Lam-

[1] [2] Alexander Severus, fœdiſſimi hominis Heliogabali ſucceſſor, vir ſtrenuus, Artaxerxem Perſarum regem, ingenti prælio vicit, Meſopotamiam recuperavit, deperditam ab Heliogabalo: per legatos in Mauritania, in Illyrico, in Armenia feliciter belligeravit: in Germanos deinde profectus, qui Galliam vaſtabant, [3] à quibuſdam ſuis militibus interfectus eſt.

[4] Huic erat familiaris admodum Ulpianus Jureconſultus, Papiniani diſcipulus. Vixerunt tunc etiam Paulus, & Pomponius, & Modeſtinus.

[5] Alexandrum excepit Maximinus. Is totis viribus in Germaniam profectus, non ſolùm Romano milite, ſed Mauris etiam, & Oſdroen-

1 Lampridius in Alexandro. Herod. lib. 6. Artaxerxem Oroſius, Eutrop. & Caſſiodorus Xerxem nominant. Aurelius, Oroſ. l. 7. c. 18. Eutrop. l. 8.

2 *Alex. Severus.*] Hic Petronium Turium familiarem ſuum ligari ad ſtipitem præcepit quod ſe regere ſuum imperatorem dixiſſet, atque fumo appoſito quem ex ſtipitibus & humidis lignis fieri juſſerat, necari, præcone dicente *fumo punitur, qui vendidit fumum.*

3 *A quibuſdam.*] Alexander interfectus fuit haud procul ab urbe Moguntia.

4 Eutrop. lib. 8. Feſtus Rufus. Julius Capitolinus. Lampridius in Alexandro.

5 Capitolinus in Gordianis. Eutropius lib. 6. Herodianus lib. 8. Oroſius libro ſeptimo c. 19. Aurelius Victor, Euſebius

Osdroennis, & Parthis, quos Alexander habuerat, usus est: Vicos Germaniæ longè lateque incendit, hostium vim magnam concidit, ac multò plures cepit, militemque reduxit opulentum. Germania pacata, Syrmium venit, & Sarmatis bellum inferre cogitabat: nec id modo; sed etiam ipsius erat propositi, regiones illas omnes, quæ sunt sub septentrionibus, ad Oceanum usque, Romano subjicere Imperio; sed offensus crudelitate illius exercitus, Gordianum summæ rei præficit, eamque rem senatus, qui & ipse Maximinum oderat, habuit ratam, & illum reipublicæ hostem pronunciat. Hoc factum vindicaturus ille, habita concione ad exercitum, Romam contendit: quo cognito, senatus Pupienum & Balbinum Imperatores declarat: & Pupieno quidem belli tradit administrationem adversus Maximinum, qui, Aquileiam obsidens, à suis militibus, [1] unà cum filio quiescens in tabernaculo, fuit interfectus.

[2] Post hæc Pupieno, & Balbino per seditionem

bius libro sexto, cap. 21. Nicephorus lib. 5. cap. 15. Zosimus lib. 2.

[1] *Una cum filio.*] Filius hujus Maximini omnium hominum scribitur pulcherrimus fuisse, ita ut ne quidem post mortem illam amiserit formæ excellentiam.

[2] Julius Capitolinus in Balbino. Pupienum multi Maximum putant, Capitolinus, Eutropius lib. 5. Zosimus lib. 1.

nem militarem occisis, quum biennio regnassent, ad Gordianum adolescentem rerum summa delata fuit.

[1] Is quarto sui imperii anno, per Mœsiam atque Thraciam in Persas profectus est, in iisque locis populi Romani hostes profligavit: inde per Syriam venit Antiochiam, quæ tum à Persis tenebatur: illic frequentibus prœliis decertavit, & Saporem Persarum regem ejecit; ita quidem, ut Persæ, qui jam propè formidabiles erant Italiæ, suos intra fines recipere sese cogerentur. Sexto demum Imperii anno circumventus à Philippo, prætorii præfecto, qui [2] milites ad seditionem concitaverat, interfectus est.

[3] Idem fuit etiam exitus Philippi, qui contra Scythas, Romanorum sociis ac municipiis inferentes bellum, legatos cum exercitu misit.

[4] Hic successorem habuit Decium, qui à legio-

[1] Capitolinus in Gordianis. Zosimus l. 1. Festus Rufus. Aurelius, Eutropius l. 9. Oros. lib. 7. c. 19. Pomponius Lætus in compendio Rom. hist.

[2] *Milites ad seditionem.*] Inde usque à temporibus Neronis imperium Rom. fuit in potestate militum, quorum suffragia pecunia emebantur; illi occidebant imperatores pro lubitu.

[3] Zosimus l. 1. Aurelius, Eutrop. l. 9. Oros. lib. 7. c. 20. Pomponius Lætus. *Primus hic Christo fidem dedit*: Eusebius l. 6. c. 27. Niceph. lib. 9. c. 25.

[4] Zosimus l. 1. Aurelius, Eutropius l. 9. Euseb. Eccles. hist. 7. c. 1. Ni-

legionibus Illyricis factus Cæsar, assentiente postea senatu, primùm Galliæ motus composuit. Deinde republica senatui commendata profectionem unà cum filio Imperii socio, [1] de senatus voluntate susceptit in Scythas, qui terra marique Thraciam & alia Imperii loca vastabant: & præliis aliquot victor, hoste in angustias locorum redacto, plenam victoriam reportasset, nisi Gallus Hostilianus, extremæ Mœsiæ præfectus, consilium illius ad hostem enunciasset: quo factum est, ut prælio commisso, pater & filius ex insidiis circumventi interficerentur.

[2] Gallus deinde, Cæsar factus à legione una & militum reliquis, qui superstites erant, pacem cum Scythis fecit, populo Romano turpem & ignominiosam, quando tributum eis dependere promisit, rem inauditam, & tanti nominis majestate prorsus indignam. Itaque ferociores facti Scythæ, rupto fœdere populabantur Dardaniam, Thraciam, Thessaliam, Macedoniam, nec id modo, sed Asiam quo-

Niceph. l. 5. c. 25. Pompon. Lætus.

[1] *De Senatus voluntate.*] Per *Scythas* his temporibus intelligebantur illi populi qui postea dicti fuerunt *Gothi*: nam ab eo tempore barbaræ nationes superato Danubio imperiũ Romanũ invaserunt, neq; ante quieverunt quam illud funditus destruxissent, sicuti in sequentibus videbimus.

[2] Zosimus l. 1. Pomponius Lætus.

1 Pom-

quoque, vastatis & deletis quampluribus urbibus. Demum Scytharum exemplo multi alii facti sunt Romanorum hostes, complures etiam rebellarunt. In Syriam penetrabant Parthi & Armeniam occupabant, fugato rege Tyridate.

[3] Scythæ verò tam erant insolentes, ut etiam Italiæ minarentur: & magna perfecturi videbantur, nisi Æmilianus, Mœsiæ præfectus, ad oram Sarmaticam, confirmato suo milite pollicitationibus, & spe præmiorum, illos fudisset, ac longissimè persecutus, ipsorum quoque fines diripuisset. Hac de causa Cæsar fuit salutatus à milite: Gallus autem eo cognito, profectus, ut obsisteret, una cum filio Volusiano, imperii socio, fuit interfectus.

[2] Hoc tempore Cyprianus floruit, Episcopus Carthaginensis, cujus extant inter alias multas, epistolæ quædam ad Lucium Episcopum Romanum, quem fratrem vocat & collegam: multo autem plures ad Cornelium, ubi conqueritur inter alia, de iis qui propter delicta condemnati ab Africanis Episcopis & sacerdotio dejecti, Romam confugerant, amplioris cognitionis causa. Nam æquum esse dicit,

[1] Pompon. Lætus, Eutrop. lib. 9. Oros. lib. 7. c. 21. Aurelius victor.

[3] Euseb. lib. 7. c. 3. Niceph. lib. 6. c. 7. 1. Tomo, Conc. pag. 369. cum seqq. Epistola cujus initium est: Legi literas tuas pater, pag. 381. Vide in Epistol. Cypriani lib. 3. juxta

dicit, in quo loco crimen eſt admiſſum, ibi cauſa diſceptetur; ſingulis enim paſtoribus attributam eſſe proportionem gregis, de qua ſint rationem reddituri Domino: non ergo ſcindendam eſſe concordiam Epiſcoporum, neque deſpiciendum judicium eorum, qui per Africam de cauſa ſtatuiſſent.

[1] Interim exercitus alter, qui in Alpibus erat, Valerianum, nobili genere natum, Cæſarem creat: quod cum Æmiliani milites audiſſent, ne turbis implicarentur, ſuum Cæſarem interficiunt, & ad Valeriani partes tranſeunt.

[2] Æmilianus datis ad Senatum literis quum Imperator factus eſſet, promiſerat, ſe liberaturum Thraciam & Meſopotamiam ab hoſtibus, recuperaturum Armenias, & depulſurum undique hoſtes Romani nominis.

[3] Valerianus in bellum Perſicum profectus, culpa cujuſdam ſui ducis [4] captus fuit à Sapo-

juxta editionem Pamelii.

[1] Pompon. Lætus. Eutropius lib. 9. Aurelius, Oroſ. l. 7. c. 21. Zoſimus l. 1.

[2] Pompon. Lætus.

[3] Trebellius Pollio in vita. Eutrop. lib. 9. Feſt. Rufus, Aurel. Victor, Oroſ. lib. 7. c. 22. Euſeb. lib. 9. cap. 9. Niceph. lib. 6. cap. 10. Zoſimus lib. 1.

[4] *Captus.*] *Valerianus* à Sapore Perſarum Rege captus ſerviliter plane & indigne fuit tractatus, nam quotieſcunque Sapor equum conſcendebat, dorſo Valeriani tanquam ſcabello fuit uſus

&

Sapore, Perſarum rege, *quem vicini principes atque populi confœderati hortabantur, fruſtrà tamen, ut captivum dimitteret: hoc enim eſſe Romanorum fatum, ut victi multo fortius reſiſtant.*

[1] Capto Valeriano, [2] ſucceſſit ejus filius Gallienus. Hic ſe totum voluptatibus dabat, neglecta republica, ſic quidem, ut milites, qui paſſim per provincias erant, novos Imperatores ſibi deligerent, per Galliam, Hiſpaniam, Pannonias, Illyricum, Ægyptum, Africam, cæteriſque in locis, qui tamen omnes, partim civilibus inter ipſos diſſidiis oppreſſi fuerunt.

[3] Ipſo regnante, Gothi Thraciam occupant, Macedoniam vaſtant, Theſſalonicam obſident, Scythæ Bithyniam & Cappadociam & Aſiam invadunt, & ab Euxino Ponto in Iſtrum devecti, Romanorum municipiis vim faciunt.

[4] Ejus verò tanta ſocordia fuit, ut, cùm de provinciarum defectionibus, & publicis calamitatibus audiret, ridiculè ſemper & contem-

& tandem vivum excoriari juſſit.

[1] Trebell. Pollio. Videatur Pollionis hiſtoria de 30. Tyrannis, eorumque mutuis lanienis.

[2] *Succeſſit.*] Inter ſocordes & negligentes principes refertur *Gallienus.* Qui Sardanapalo fuit ſimillimus, ac præter corporis voluptates nil plane curavit aliud.

[3] Eutrop. lib. 9. De Gallieno Aurelius Victor. Feſtus Rufus. Euſeb. l. 7. c. 18. Zoſimus l. 1.

[4] Trebell. Pollio in vita. Eutrop. l. 9. Oroſius l. 7. c. 23.

[1] Pom-

temptim reſponderet, quaſi reſpublica nihilominus conſiſtere, ſuamque dignitatem retinere poſſet, nec ideo facta ſit ejus deterior conditio: contemptus igitur, tam domi quàm foris, ob dedecoroſum vitæ genus, reipublicæ quamplurimos conciliavit hoſtes; ac Scythæ quidem, & Gothi, cumque his permixti quamplures alii populi, erant tum in armis, ac in perniciem populi Romani conjuraverant, circiter CCCXX. hominum millia: ſed hos omnes in Mœſia, multiſque aliis in locis, debellavit tandem Flavius Claudius, qui interfecto Gallieno ſucceſſerat, vir magnæ virtutis, ac dignus longiori vita.

1 Poſt Claudium fuit Aurelianus, quoniam ejus erat perſpecta virtus, quam regnante Claudio, multis in locis in hoſtem declaraverat. Is per Inſubriam bella geſſit, & cum Marcomanis conflixit, dubiè quidem initio, & periculosè, verùm feliciter tandem, poſtquam illius mandato, libris inſpectis Sibyllinis, religionem ſenatus procuraſſet: Romam inde profectus, & mulctatis nonnullis, ob ſeditionem excitam ſe abſente, bellum ſuſcepit, *ut, quæ ſunt ad orientem ſolem, & in Syria, provincias re-*

cu-

1 Pomponius Lætus, Flavius Vopiſcus. Zoſimus lib. 1. Eutropius l. 9. Aurelius Victor, Feſtus Rufus, Pollio, in vita 30. Tyrannorum. Oroſ. lib. 7. cap. 23. Procop. de bello Perſico lib. 2.

cuperaret: [1] *quæ Zenobia, fortis & animosa fœmina, suorum liberorum tutrix, obtinebat, ab Odenato conjuge sibi relictas, qui Gallieno Cæsare, multa fortiter ac præclarè iis in locis gesserat.*

[2] Quacunque transiret Cæsar, hostes populi Romani fudit, in Illyrico, in Thracia, cæterisque in locis, ac demum in hostilem regionem ubi veniisset, post virium & periculi plenam dimicationem, vicit, ac reginam cepit, quæ Persarum & Armeniorum auxiliis confisa, fortissimè pugnaverat. Ejus autem regionis, quam debellaverat, præcipua erat, civitas Palmyra: cumque Cæsar ex Asia rediisset in Europam, Palmyrani rebellarunt, occiso duce, & militibus in præsidio collocatis. Reversus igitur eò, captam urbem evertit, interfectis omnibus, ita quidem, ut nec ætati parceret ulli, neque sexui.

[3] Ægyptum deinde, quæ tum defecerat, recepit, & Gallias denuo Romanæ ditionis fecit:

1 *Quæ Zenobia.*] Ad heroicas fœminas, quales fuerunt *Semiramis* Assyria, *Artemisia* Cariæ, refertur etiam *Zenobia* Regina Palmyrenorum, quæ totum Orientem masculo animo gubernavit & contra Aurelianum defendit.

2 Zosimus lib. 1. Palmyra Syriæ urbs olim Hadrianopolis vocata fuit, teste Stephano. Syrorum quoque lingua Thadamus dicta fuit, ut tradit Baptista Egnatius.

3 Aurelius, Pomponius Lætus, Zosimus l. 1. historiæ novæ.

1 Ro-

cit: post Romæ triumphavit, inde per Illyricum profectus Persis bellum indixit: sed in itinere à suis familiaribus est interfectus.

[1] *Ab ejus interitu fuit interregnum aliquandiu, quod post Romuli mortem acciderat nunquam.* [2] Tandem successit Tacitus, qui paucorum mensium Imperator, nihil memorabile perfecit: hunc senatus oraverat, ne moriens liberos suos, verùm aliquem spectatæ virtutis ac probitatis virum, Imperii successorem faceret. *Is fuit Probus, qui tam ab exercitu, quàm à senatu confirmatus, Galliam recepit, & [3] Francones Germanos, qui illam obtinebant, multis prœliis devicit.*

[4] In Illyrico [5] Sarmatas, aliasque gentes concidit, & in itinere facto per Thraciam, barbaros populos, Romani nominis terrore, & rerum

1 Romanæ historiæ autores Francos, non Francones, scribunt. Vopiscus, Aurelius, Eutropius lib. 9. Pomponius Lætus. Oros. lib. 7. c. 27.

2 *Tandem successit.*] Hoc unum memorabile perfecit Imperator *Tacitus*, quod annales & historias sui cognati Cornelii Taciti in multa volumina transcribi & in omnibus Bibliothecis reconi jusserit.

3 *Francones.*] Prima mentio *Francorum* incidit in tempora Imperatoris Probi; Franci autè fuerunt origine German & Galliam hodie sub regni Francorum nomine possident.

4 Zosimus lib. 1. Oros. lib. 7. cap. 14. Pomponius Lætus.

5 *Sarmatas.*] Sarmatæ sunt quos hodie vocamus Polonos & Moscovitas.

rerum geſtarum magnitudine, ſibi devinctos reddidit: Aſiam pacavit, & Parthorum regem ad petendam pacem ſola nominis ſui fama excitavit: pacem cum Perſis fecit, ac inde in Thraciam revertit, *& exteros populos, devictos in Romanum ſolum tranſtulit*, ex quibus aliqui fidem ſervarunt: alii contra, quos tamen omnes magna ex parte pòſt oppreſſit. Et cum rebelliones per Galliam, Hiſpaniam, atque Britanniam ſedaſſet, iter ingreſſus per Illyricum, ut Perſis bellum inferret, à ſuis inſidioſè fuit interfectus.

[1] *Florebat tum Reſpublica, longè latéque pacatis undique populis, ita quidem, ut Probus aliquando diceret, brevi futurum, ut legionibus atque præſidiis nihil eſſet opus: hoc illius dicto milites offenſi, judicabant, è medio tollendum eſſe.*

[2] Poſt eum ſubiit Carus, qui Sarmatas, morte Probi factos inſolentiores, & Italiæ minitantes, fregit, inque Perſas proficiſcens, Meſopotamiam cepit, longiuſque profecturus, [3] interiit.

[1] Et

[1] Vopiſcus, Euſebius hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 7. cap. 24.

[2] Vide orationem Syneſii de regno ad Arcadium. Vopiſcus in vita Numeriani & Carini. Sextus Aurel. Eutrop. l. 9. Pomponius Lætus, Oroſius lib. 7. cap. 24. Feſtus Rufus.

[3] *Interiit.*] Fuit in tentorio ſuo fulmine percuſſus.

[1] Sex-

[1] Ex filiis natu minorem, Numerianum militiæ ſecum habuit, alterum, Carinum, Galliis præfecerat: Numerianus à ſocero ſuo fuit occiſus, in ejuſque locum venit [2] Diocletianus: cum eo prælíis aliquot conflixit Carinus, adipiſcendi imperii cauſa, ſed victus, occubuit. Diocletianus, propter naſcentes non in uno loco turbas ac ſeditiones, collegam ſibi ſumpſit Maximianum. *Is Galliam communem pacavit*, & Africam. Diocletianus autem Ægyptum, interfectis turbarum autoribus. Britanniam quoque decimo poſt anno, quam defecerat, & ut firmior eſſet Reipublicæ ſtatus, neve propter ſucceſſionem novi motus excitarentur, Galerium adoptavit, Maximianus autem Conſtantinum Chlorum.

[3] Contra Narſem, Perſarum regem, miſſus à Diocletiano Galerius, infeliciter pugnavit, amiſſa majore parte exercitus, ſed juſſus redintegrare bellum, ingenti prælio ſuperavit hoſtem, & longius, quam quivis alius Imperator, excepto Trajano, iis locis progreſſus,

[1] Capta

[1] Sextus Aurelius, Feſtus Rufus. Eutrop. lib. 9 Oroſ. lib 7. cap. 13.

[2] *Diocletianus.*] Hic in Ægypto combuſſit omnes libros Chymicos, in quibus tradebatur ſcientia tranſmutandi metalla in aurum, propterea quod Ægyptii confiſi ſuis opibus & divitiis crebro rebellarent: ita antiquiſſima Ægyptiorũ Chymia exſtincta fuit.

[3] Feſtus Rufus, Eutropius, Pomponius Lætus.

[1] capta Cteſiphonte, totam Aſſyriam domuit, & quinque trans Tigrim flumen provincias, quæ Trajano Cæſare defecerant, recepit.

[2] Per Aſiam rebus compoſitis, in Europam Diocletianus rediit, in qua pacati tum erant Scythæ, Sarmatæ, Alani, Baſtarnæ, Carpi, Catti, Quadi. [3] Poſtea tum ipſe, tum Maximinianus, abdicato magiſtratu, ſuos conſortes, de quibus ante diximus, Imperio præficiunt, [4] Conſtantium quidem Galliis, Britanniæ, Hiſpaniis, Italiæ, Africæ; Galerium autem Illyrico, Græciæ & Aſiæ.

[5] *Hoc tempore Romæ fuit Epiſcopus, Marcellus, cujus extat decretum, Epiſcopis non licere*

[1] *Capta.*] *Cteſiphon* ſub imperio Perſarum fuit Regia ſedes & urbs longe maxima ad fluvium Tigrim, ubi hodie Bagdad.

[2] Oroſ. l. 7. c. 25. Eutropius in fine noni libri. Euſeb. l. 8. c. 26. Socrates l. 1. c. 1. Pomponius Lætus.

[3] *Poſtea tum.*] *Diocletianus* novo & inaudito exemplo fronte ſeipſum imperio abdicavit ac privatus Salone in patria ſua reliquum vitæ tranſegit, præcipuam voluptatem capiens ex hortorum cultura, in quibus ipſe olera ferebat; ejus exemplum imitatus fuit ſuperiori ſeculo Carolus V.

[4] *Conſtantium.*] Hic *Conſtantius* cognomine *Chlorus* fundavit in Germania urbem Spiram.

[5] Tom. 1. concil. pag. 417. editionis Venetæ. Reperitur 2. quæſt. 6. ad Romanam Eccleſiam, Diſt. 17. c. Synodum Epiſcoporum.

1 Da-

re convocare Synodum, abſque Romanæ ſedis authoritate, non licere item damnare ullum Epiſcopum, qui Romam provocarit.

[1] Erat hujus etiam, ſicut aliorum ante ipſam, afflicta tenuiſque fortuna, quum Cæſarem perſequeretur Maxentius. Itaque facile colligi poteſt, an in his anguſtiis atque latibulis tantum illi ſibi ſumpſerit, ut ejuſmodi faceret decreta.

[2] Conſtantio tandem Eboraci mortuo, Galerius adoptavit Severum & Maximianum.

[3] Interea milites prætoriani Maxentium Romæ ſalutant Cæſarem.

[4] Interfecto Severo, Maximianus Imperii collegam aſſumpſit Licinium.

[5] Inter hos magni fuerunt motus, ideoque nobiles Romani Conſtantinum Conſtantii filium in Galliis agentem, evocant, ut urbem à tyrannide Maxentii liberaret. Ille cum parte copiarum in Italiam profectus, commiſſo

[1] Damaſus in vita Marcelli.

[2] Oroſ. lib. 7. cap. 5. Eutrop. l. 10. Sextus Aurel.

[3] Eutropius l. 10. Aurelius Victor, Socrates lib 1. c. 1. Zoſimus lib. 2. Pomponius Lætus.

[4] Eutropius l. 13. Socrates l. 2. c. 1. Pomponius Lætus.

[5] Eutropius lib. 10. Oroſ. lib. 7. cap. 28. Euſeb. hiſtor. Eccleſ. lib. 9. cap. 8. & lib. 1. de vita Conſtantini cap. 32. Socrat. lib. 1. cap. 1. Zoſimus lib. 2. Pomponius Lætus. Meminit Prudentius Poëta.

missō prælio, [1] vincit, & tandem ad urbem Romani exercitum Maxentii plane concidit.

[2] Tandem etiam cum Licinio bella gessit, qui prælio victus, & plerisque omnibus exosus, à militibus demum fuit interfectus.

[3] Ejus belli causam fuisse nonnulli scribunt, quod Christianæ professionis homines acerbè Licinius persequeretur, cùm quidem persæpè rogatus esset, atque monitus à Constantino, ne faceret.

[4] Nam inde à resurrectione Christi ad hanc ætatem usque per annos ferè trecentos, qui Christum profitebantur, variè fuerunt afflicti. Nam ut illa prætermittam, quæ sacra scriptura de Stephano, de Jacobo, fratre Johannis, de Petro captivo, sed per angelum liberato, commemorat, ut Paulum quoque taceam, qui & ipse

1 *Vincit.*] *Constantinus* M. cum contra Maxentium proficiscereturvidit in nubibus fulgidam crucem cui adscripta erant hæc verba: *in hoc signo vinces*, unde ab eo tempore imperatores Christiani cruce pro insigni usi fuerunt.

2 Sex. Aurel. Eutrop. l. 10. Oros. lib. 7. c. 28. Euseb. in vita Constantini Magni lib. 2. c. 18. Nicephor. lib. 7. c. 45. Socrat. lib. 1. cap. 2. Zosimus l. 2.

3 Euseb. lib. 10. c. 8. Socrat. lib. 1. c. 2. Sozomenus l. 1. c. 7. Niceph. l. 7. c. 44. Pompon. Lætus.

4 Aug. de civit. Dei l. 8. c. 52. De his persecutionibus vide scriptores Ecclesiasticos. Eusebium, Nicephorum, Severum Sulpitium.

1 *Hor-*

ipſe graviter Eccleſiam Dei perſecutus eſt, & poſtea converſus, nullum non periculorum genus adiit propter Chriſtum: Romani quoque Cæſares [1] horrendas & immanes excitarunt lanienas, Nero, Domitianus, Trajanus, Septimius Severus, Maximinus, Decius, Valerianus, Aurelianus, Diocletianus, Maximianus.

[2] Rerum autem potitus Conſtantinus, & [3] veram complexus religionem, portus extitit atque refugium Chriſtianis.

[4] Tunc primum etiam Epiſcopi Romani cœperunt eſſe in tuto: nam hucuſque plerique omnes fuerunt affecti ſuppliciis.

Numerantur autem inde à Petro, quem ipſi primum fuiſſe volunt ad hoc uſque tempus, triginta tres. *Horum decreta ſunt in libros inſer-*

[1] *Horrendas.*] *Decem* Chriſtianorum numerantur perſecutiones ſub imperatoribus Ethnicis uſque ad Conſtantinum M. quarum primam excitavit Nero, reliquas novem illi qui in textu commemorantur.

[2] *Quomodo Conſtantinus ad Chriſtianiſmum amplexandum adductus ſit, ſcribit Zoſimus lib. 2. longè aliter ac Eccleſiaſtici ſcriptores rem explicant.*

[3] *Veram complexus*] Primus Chriſtianus Imp. fuit *Conſtantinus* M. qui Idololatriam Ethnicam abolevit, templa deorum gentilium vel clauſit vel Chriſtianis tradidit. Ethnici non niſi in Pagis ſuam Idololatriam exercebant, unde dicti fuerunt *Pagani*.

[4] Tomo 1. concil. 2. Theſſalonicenſ. 3.

inſerta Conciliorum: ſed ex iis pleraque tam ſunt levicula, tam nugatoria, tam aliena prorſus à ſacris literis, ut credibile ſit, ab aliis longo poſt tempore fuiſſe conficta. Sin autem vera ſunt, & ab illis emanarunt, tunc ſanè, quod vaticinando Paulus dicebat, filium illum perditum, hominemque peccati, jam tum operari cœpiſſe myſterium iniquitatis, rectiſſimè videtur ad hanc etiam partem accommodari poſſe.

[1] Anacleto, qui ponitur quartus à Petro, tribuitur, & exſtat decretum, quo ſtatuit, Eccleſiam Romanam eſſe mandato, & inſtitutione Chriſti, caput aliarum Eccleſiarum.

[2] Alteri poſt eum, Alexandro, decretum adſcribitur, quo mandat, ut aqua cum ſale conſecretur, ad expurgandum populum, & amoliendum inſidias Diaboli.

[3] Quæſo quantum iſta differunt ab Apoſtolorum illa majeſtate, *quantum autem* [4] *à Johan-*

1 2. Tomo concil. p. 306. Repetitur Diſt. 22. cap. Sacroſancta. item Diſt. 1. cap. In novo.

2. 1. Tomo Concil. pagina 316. epiſt. 1. ad omnes Orthod. Extat de conſ. Diſt. 3. cap. Aquam cum ſale.

3 Euſeb. l. 4. De obitu Johannis Evangeliſtæ nihil certi extat. Hieronymus breviter ait, Johannem anno 68. poſt paſſionem Domini Epheſi mortuum. *Suidas ad annum ætatis* 120. *pervenisſe refert.*

4 *A Johannis.*] Joh. Evangeliſta inter omnes Apoſtolos quam diutiſſime vixit, neque potuit interficiâ Tyrannis, nam aliquando in oleo ferven-

te

Johannis Evangeliſtæ ſcriptis, qui prope adhuc uſque tempus ætatem produxit?

[1] Hæc duo poſui ſolum, ut de reliquis judicium fieri poſſit: nam ferè ſunt ejuſdem generis, & ambitionem apertè præ ſe ferunt, & ut ſermo eſt illotus, ita quoque res ipſa nihil habet ſalis, quem in Eccleſiæ miniſtris Paulus requirit.

[2] [3] Huc etiam pertinet Conſtantini Cæſaris

te coctus, pulchrior inde ſalvus & incolumis evaſit. Cum in balneo publico hæreticum Cerinthum videret, mox inde proſiliit dicens, *exeamus hinc ac* mox balneo collapſo Cerinthus fuit oppreſſus.

[1] Ad Coloſſenſes 4.

[2] Diſt. 96. Conſtantin. In vetuſtioribus exemplaribus Decretor. Gratiani non exſtat donatio Conſtantini M. ut annotatur Centuria 4. Hiſtor. Eccleſ. *Otto Friſing. lib. 4. ſcribit, fuiſſe Gratiani tempore, qui donationem illam fictam aſſeverarent.* Impugnarunt publicis ſcriptis hoc commentum Marſilius Patavinus, in libro ſuo, cui titulus, Defenſor pacis: Nicolaus Cuſanus Cardinalis lib. 3. cap. 2. de concordia Catholica: Æneas Sylvius in ſuo Dialogo: Volaterranus: Laurentius Valla: Ludolfus de *Bubenberg*, de jure regni Imperii Romani, cap. 13. Johannes de Pariſiis, tractatu de poteſtate regia & papali: Martinus Lutherus: Item Hottomannus in bruto fulmine: Theophilus Banoſius lib. 10. de Politia civitatis Dei, cap. 21. *Defendunt hanc mentitam donationem Auguſtinus*, Steuchus Eugubinus duobus libris contra Vallam ſcriptis, & Boëthius Epo. Friſius lib. 2. Heroicarum quæſtionum. *Johan-*

nes

faris edictum, quod ſuis libris inſeruerunt, ipſorum potentiæ videlicet fundamentum atque robur. *Nam quæ ponitur ibi liberalitatis illius immenſæ cauſa & occaſio, falſi redargui poteſt ex hiſtoriis atque convinci.*

[1] Deinde, ut maximè fuerit Cæſar profuſus, uni ſibi fortaſſe potuit hoc ipſo jus ſuum imminuere: ſucceſſoribus autem, æquali poteſtate præditis, & reipublicæ tutoribus, non potuit. *Nam qui jus & imperii vectigalia deteriora facit, patriæ pater appellari non debet, ac par pari præſcribere non poteſt, aut præjudicare.*

[2] Conſtantini Cæſaris mandato, [3] Niceæ urbe Bythiniæ, fuit indictum, & habitum con-

nes Aventinus lib. c. Henrico IV. *imperante fabulam donationis Conſtantinianæ primùm excogitatam affirmat, quod ab illorum temporum ſtatu non alienum videtur.*

[3] *Huc etiam.*] Hoc edictum vulgo vocatur *donatio Conſtantini* M. qua dicitur Papæ Rom. donaſſe Italiam & totum Occidentem, ſed hæc donatio plane confiſta & mentita eſt, prout autores citati prolixe demonſtrant.

[1] L. 4. de recep. arbit. Item in lib. 58. D. de judic. & l. ille, 13. ſect. temveſtivum, D. ad S. C. Trebellian.

[2] Euſebius de vita Conſtantini M. lib. 3. cap. 6, 7. Niceph. lib. 8. cap. 4. & ſeq. Theodoretus l. 1. c. 7. & ſeq. Socrat. lib. 1. cap. 5. Sozom. lib. 1. cap. 16. Ruffin. lib. 10. cap. 2. Zonaras tomo 3. Oroſ. l. 7. cap. 28.

[3] *Niceæ.*] Primum Concilium univerſale habitum fuit ſub Conſtanti-

no-

concilium longè frequentissimum, in eoque dogma damnatum Arrii, qui Christum negabat ejusdem esse cum patre substantiæ.

[1] Non ex Europa tantum & Asia, sed ex Ægypto etiam atque Lybia convenisse eò scribuntur Episcopi.

[2] Decretum inter alia fuit, ut per Ægyptum, Lybiam, Pentapolim, vetus consuetudo servetur, nimirum, ut hi omnes Alexandrino subsint Episcopo, quum Romanus etiam Episcopus hunc morem usurpet & retineat: Item ut Antiochiæ cæteriſque provinciis & Ecclesiis integra maneant sua cuique privilegia.

[3] Post hanc Synodum, *Eustathio quodam authore*, natæ fuerunt opiniones pravæ, de vitando matrimonio, de novo & inusitato genere vestitus, de non edendis carnibus, de relinquendis possessionibus.

[4] Cum ergo plerique conjuges divortium face-

no M. in urbe *Nicea*. Unde vocatur concilium nicenum: in eo asserta fuit æterna divinitas Christi contra hæreticum Arrium qui Christum faciebat creaturam.

[1] *Hinc Augustinus libro de Baptismo, capite 18. Nicenum Concilium, orbis terræ Concilium nominat.*

[2] Tomo 1. concil. c. 6. Decret. concilii Nicæni. pag. 485. item 568. & 578. Dist. 65. cap. Mos antiquus.

[3] Athanas. orat. 1. contra Arrian. Basilius Epist. 74. Socrat. lib. 2. cap. 47. Niceph. l. 9. c. 16. Sozomenus l. 3. c. 13.

[4] Hujus concilii Canones

facerent, & ſervi relictis dominis, ad novum illum ac religioſum veſtitum, uti vocabant, confugerent: idem quoque facerent mulieres, deſertis maritis: cum ii, qui carnibus veſcebantur, item Eccleſiæ miniſtri, qui duxerant uxores, vulgò deſpicerentur, tanquam impuri, & ingrati Deo; Gangræ, oppido Paphlagoniæ, fuit habita Synodus, in eaque damnati, qui ſic docerent atque ſentirent.

[1] Salutatus ampliſſimè à ſenatu populoque Romano Conſtantinus, propter reſtitutam Reipublicæ pacem ad externa bella totum ſeſe convertit, multiſque præliis Gothos atque Sarmatas vicit, Thraciam diripientes: deinde jam ætate gravis, bellum indixit Perſis, Meſopotamiam vaſtantibus, & in Aſiam ubi veniſſet cum exercitu, *ſumpto pharmaco, valetudinis curandæ cauſa, vitam finiit, non abſque veneni ſuſpicione.*

[2] [3] Hic ille eſt, qui cognomento dicitur Ma-

nones Decretis Gratiani ferè omnes inſerti ſunt. Diſt. 30, 31, & 42. Canones Concilii Gangrenſis exſtant XX. tomo 1. conciliorum, pag. 609. ſubſcripſerunt Epiſcopi 16.

[1] Feſtus Ruf. Euſeb. de vita Conſtant. lib. 4. cap. 56. Eutrop. lib. 10. Sext. Aurel. Oroſ. lib. 7. cap. 28. Socrat. lib. 1. c. 26. Sozom. lib. 2. cap. 32. Niceph. lib. 8. cap. 54. & 35. Auguſt. lib. 5. c. 22. de civit. Dei. Pompon. Lætus.

[2] Eutropius. lib. 10. Oroſ. l. 3. c. 13. l. 7. c. 28. Socrat. lib. 1. cap. 12. Saxon. lib. 2. cap. 2. Auguſti-

Magnus, & qui Byzantium, urbem Thraciæ, ſuo de nomine vocavit, eò tranſlata ſede regia.

[1] Cœpit autem regnare *ad annum, à natali die Chriſti, circiter trecenteſimum duodecimum.* Cometes inuſitatæ magnitudinis mortem ejus anteceſſiſſe dicitur.

[2] Tres reliquit filios, Conſtantinum, Conſtantem: hos inter diviſum fuit imperii corpus: Conſtantino pars obtigit Alpium, Gallia, Hiſpania, Britannia, Orcades, Hibernia, Thyle: Conſtanti, Italia, Africa, cum Inſulis, Illyricum, Macedonia, Achaia, Peloponneſus, Græcia: Conſtantio Aſia & Thracia.

[3] Conſtantinus ea diviſione non contentus, bellum intulit fratri Conſtanti: jamque pervenerat Aquileiam: ibi congreſſus cum copiis Conſtantis, amiſſo exercitu, confoditur.

[1] Con-

guſtinus lib. 5. cap. 25. de civit. Dei. Zoſimus lib. 2.

[3] *Hic ille eſt.*] Præcipui commemorantur Magni, Alexander, Pompeius, Conſtantinus, & Carolus M. Conſtantinus M. ſedem imperii ex urbe Roma tranſtulit Conſtantinopolim eamque urbem magnificentiſſimè exornavit.

[1] Eutrop. lib. 10.

[2] Aurelius Victor. Euſebius lib. 4. cap. 51. de vita Conſtantini Magni. Niceph. lib. 8. cap. 54. Zoſimus l. 2. Pomponius Lætus. *Non ſatis autem conveniit, diviſerintne Conſtantinus ipſe hæredibus imperium, an ipſi poſt ſorte id fecerint. Vives ad cap. 25. lib. 5. Auguſtini de civit. Dei.*

[3] Eutropius lib. 10.

Aure-

[1] Conſtans qui interea cum Getis & Sarmatis in Dacia belligerabat, poſt eam victoriam, de qua diximus, in Italiam venit, & ſuperatis Alpibus in Galliam penetravit, & biennio ditionem omnem mortui fratris obtinuit: ſed paulò poſt inſidiis & fraude Magnentii fuit interfectus.

[2] Hunc Magnentium milites antea deliniti ac præmiis allecti, ſalutaverunt imperatorem.

[3] Ea recognita, Conſtantius, ex tribus fratribus adhuc ſuperſtes, relicto per Aſiam legato patruele & ſororio ſuo Gallo, magnis cum copiis in Italiam, ac inde in Galliam accedit, & hoſtem ingenti prælio vincit. Elapſus autem Magnentius, de pace legatos mittit, ſed reje-

Aurelius Victor. Oroſ. lib. 7. cap. 29. Socrat. l. 2. c. 3. Zoſimus lib. 2. Pompon. Lætus.

[1] Aurel. Victor. Eutrop. lib. 10. Oroſ. lib. 7. cap. 29. Socrates lib. 2. cap. 20. Sozom. lib. 4. cap. 1. Niceph. lib. 9. cap. 29. Zoſimus lib. 2. Pomp. Lætus.

[2] Aurelius Victor, Eutropius lib. 10. Oroſ. l. 7. cap. 29. Socrat. lib. 2. cap. 10. *Zoſimus per jocum imperatorem factum ſcribit, lib.* 2.

[3] Sextus Aurelius, Eutrop. lib. 10. Oroſ. lib. 7. cap. 29. Socrates lib. 2. cap. 27. Sozomenus lib. 4. cap. 6. Niceph. lib. 9. cap. 32. Zoſimus l. 2. Pomponius Lætus. Athanaſius in Apologia ad Conſtantium Cæſarem ſcribit, Magnentium Judam imitatum, eodem mortis genere ſibi ipſi carnificem factum. Aurelius gladio incubuiſſe refert.

1 Sex-

rejectus à Victore, denuo præliatur, & infeliciter quidem: itaque Lugdunum fugiens, cum ſuos etiam comites inſidiari ſibi videret, nec, quo ſe reciperet, haberet, mortem ſibi conſcivit ipſe.

[1] Conſtantius deinde, Gallum patruelem, legatum ſuum per Aſiam, ut dictum eſt, abutentem imperio ac poteſtate, cum alia ratione ſanare non poſſet, interfici mandat: pòſt in Aſiam redit, perfecturus bellum Perſicum, quod propter factionem Magnentii, ut ſupra diximus, intermiſerat.

[2] Et quoniam ſub hoc ipſum tempus, Germani facta impreſſione, Galliam vaſtabant, [3] alterum ſuum patruelem, Julianum, Galli fratrem, adoptavit, & Galliæ tutelam illi commiſit.

[4] Julianus feliciter adminiſtratâ re, multiſque præliis victor, hoſtem trans Rhenum expulit, complures cepit, ac Romanos milites

[1] Sextus Aurel. Eutrop. lib. 10. Oroſ. lib. 7. cap. 29. Am. Marcellin. lib. 14. Socrat. lib. 2. c. 27. Sozom. lib. 4. cap 6. & 5. cap. 2. Niceph. lib. 9 c. 8. Zoſ. lib. 1. Pomp. Lætus.

[2] Marcell. lib. 15. Sozom. lib. 5. cap. 1. Zoſimus lib. 3.

[3] *Alterum ſuum.*] Hic eſt ille *Julianus* qui vocatur *Apoſtata*, nam à fide Chriſtiana ad Idololatriam Ethnicam defecit, ac Chriſtianam religionem funditus exſtirpare voluit.

[4] Socrat. l. 5. cap. 1. Sex. Aurel. Zoſimus lib. 3. Marcel. lib. 16, 20. & 21. Aurel. Vict. Eutrop. l. 10. Oroſ.

tes captivos liberavit, & ad Argentoratum hoſtilem exercitum ferè totum concidit, ideoque ſalutatus eſt ab exercitu, non modo Cæſar, verùm etiam Auguſtus, & diademate ornatus, licet invitus, ut præ ſe ferebat. Nam literis ad Conſtantium datis, invidiam facti conabatur à ſe derivare: ſed Conſtantinus ea re plurimum offenſus, omiſſo Perſico bello, viciniſque populis liberaliter & amicè compellatis, ut in fide perſiſterent, iter ingreſſus eſt, ut Julianum ad officium reduceret: ſed in itinere, cùm adhuc eſſet in Aſia, febri correptus, vitam finiit, Juliano prius conſtituto ſucceſſore.

[1] Regnante Juliano populi Romani hoſtes intra ſuos fines ſe continebant, nec ullus erat uſpiam motus.

[2] Ipſe contra Perſas profectus, & Aſſyriam populatus, exercitu hoſtili profligato, Cteſiphontem uſque pervenit: tandem reducturus copias, à tergo invaditur ab hoſte: cumque medius verſaretur inter ſuos milites,

[1] acce-

Oroſ. lib. 7. cap. 29. Socr. lib. 2. cap. 37. Niceph. lib. 9. cap. ult. Theod. lib. 3. cap. 1. Soz. lib. 5. cap. 1.

[2] Ammianus lib. 25. Eutrop. lib. 10. Feſt. Rufus. Aurel. Vict. Socrates lib. 3. cap. 18. Theodor. lib. 3. cap. 20. Sozom. lib. 6. cap. 1. Auguſt. de civit. Dei lib. 4. cap. 29.

[3] Quod Chriſtiani nominis hoſtis fuerit & perſecutor, Julianus, atteſtatur Socrates lib. 3. cap. 11. Theod. l. 3. c. 7. Sozom. l. 3. c. 1, 2. Nicéph. l. 10. c. 21, 22,

[1] accepto vulnere, paulò poſt exceſſit è vita, Chriſtiani nominis hoſtis.

[2] Milites, amiſſo duce, cum in magnis verſarentur anguſtiis, Cæſarem faciunt Jovinianum.

[3] Erat tum Epiſcopus Romanus Julius, ejus nominis primus, cujus exſtant epiſtolæ ad Epiſcopos Orientales, in quibus non ſemel inculcat, *ſibi ſoli, qui ſit primæ ſedis, ut ait, præſul, ſingulari quodam privilegio & ex præſcripto divino, jus competere convocandi Synodos generales.*

[4] Mirum autem videri poſſit, qua fronte iſtud ſcribat, aut alii jactent, quum & ante ipſum Conſtantinus Nicenum, & poſt ipſum annis-

21, 22, 23, &c. Auguſtinus lib. 18 cap. 52. Pompon. Lætus.

[1] *Accepto vulnere.*] Percuſſus fuit ſagitta ab ignoto quodam equite: alii ſcribunt, ſagittam illam de cœlo fuiſſe miſſam, ea extracta ſanguinem profluentem manu in auram ſparſit ac blaſphema voce exclamavit, *Vicisti Galile*, Chriſtum n. contemptim vocabat Galilæum.

[2] Aurelius Victor. Eutropius lib. 10. Oroſius lib. 7. cap. 31. Ammianus lib. 25. Socrates lib. 3. cap. 19. Theodoretus l. 4. cap. 1. Sozom. lib. 6. c. 1. Niceph. lib. 10. cap. 38. Zoſ. lib. 3. Pomp. Lætus.

[3] Tom. 1. Concilior. pag. 610. & ſeq. Epiſt. 1. quæ tamen cenſetur eſſe fictitia. Retetur 3. q. 6. cap. Dudum à ſanctis.

[4] Epiſtola hæc Julii ſuppoſititia eſt, ut ex Socrate lib. 2. cap. 15. & Sozomeno lib. 3. cap. 8. ubi literarum ſumma indicatur, quæ cum argumento fic-

nis omnino centum, Martianus Imperator Chalcedonenſe coëgerit concilium. Ad ſe quoque ſolum, ejus urbis antiſtitem, pertinere dicit, ut de cauſis Epiſcoporum, & id genus aliis gravioribus negotiis cognoſcat.

[1] Hanc ejus arrogantiam Epiſcopi illi ferre non poterant, & Antiochiæ congregati, maſculè reſpondent, ſententiam ab ſe latam, retractari ab ipſo non oportere, quòd eundem dignitatis gradum obtineant, quem ipſe: *nam inde à ſuis finibus, Chriſti doctrinam, Apoſtolorum opera & miniſterio, Romam pervenifſe tandem: quod ſi pergat, & nova decreta faciat, non ſe parituros, & nihil ſibi fore commune cum ipſo; conſiliumque capturos eſſe, quemadmodum res ipſa poſtulabit.*

[2] In alia quoque Synodo ejus urbis, multò frequentiori, quàm prius habita fuit, inter alia ſtatuunt, quod ſit Epiſcopi, quod officium Metropolitani, ſi quando graviores cauſæ diſceptentur. Nam ſi diſſentiant Epiſcopi, jubent, ut Metropolitanus è finitima provincia quoſdam adhibeat judices, litemque definiat: ſin autem Epiſcopus aliquis de communi ſenten-

ficitiæ hujus Epiſtolæ non congruit, liquet.

[1] Extat Epiſtola hæc inter decreta Julii Pontificis 1. tomo conciliorum, pag. 611. editionis Venetæ reſponſum Julii ſubnexum eſt pag. 625.

[2] Tom. 1. concil. ſub. tit. Concilium Antiochenum, pag. 640. Canone 14. & 15. pag. 646. & 647. Ca-

tentia reliquorum Epiſcoporum ſit condemnatus ob crimen, firmum eſſe mandant judicium, neque retractandum ab alio. Decernunt etiam, ut bona ſacra diſpenſet fideliter, & elargiatur Epiſcopus in uſum pauperum, & ipſe quoque, ſi ſit opus, deſumat ex illis, quod erit neceſſarium ad tolerandam vitam, quum Paulus dicat, victu & amictu nos oportere eſſe contentos: *quòd ſi forſan in ſua, ſuorumque privata commoda facultates illas avertat Epiſcopus, & ſuis propinquis eorum adminiſtrationem committat, ſynodo coërcendum eſſe dicunt.*

[1] Jovinianus, imminente hoſte, pacem demum fecit, ignominioſam Reipublicæ: nam provincias illas quinque trans Tigrim, occupatas à Galerio, ſicut antea diximus, ac ſimul Meſopotamiæ partem reddidit: deinde pactus fuit, populum Romanum non eſſe laturum opem Armeniæ regi ſocio & amico. Progreſſus cum exercitu, ut domum rediret, [2] in finibus Bithyniæ mortuus eſt.

[1] Illicò

Canon. 25. p. 650. 1 Tim. 6. 12. quæſt. 1. Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum.

[1] Feſt. Rufus. Zoſimus l. 3. Agathias lib. 4. Marcel. l. 25. Eutropius l. 10. Oroſius l. 7. c. 31. Socrates lib. 3. c. 22. Theodor. lib. 4. cap. 4. Sozom. l. 6. c. 6. Auguſtin. de civit. Dei. lib. 5. c. 25. Diacon. lib. 11. Pompon. Lætus.

[2] *In finibus.*] *Jovianus* Imp. exſtinctus fuit in cubiculo quodam quod recens calce erat incruſtatum, nam vapor recentis calcis ſolet eſſe lethalis, quia ſpiritus vitales

[1] Illicò Cæſarem fecit exercitus [2] Valentinianum, qui deinde, poſtquam Conſtantinopolim venit, imperii collegam ſibi ſumpſit, fratrem ſuum Valentem, eique regiones illas commendans, profectus in Germanos, Saxones Oceano vicinos domuit.

[3] In Galliam poſtquam venit, ira concitatus periiſſe fertur.

[4] Erat per id tempus in Aſia frater ipſius Valens, alter Cæſar, ut Parthos, Armeniam vaſtantes, & Perſarum regem rupto fœdere bel-

tales ita conſtringit, ut mors conſequatur.

[1] Sext. Aurel. Ammianus l. 26. Diac. l. 11. Oroſius l. 7. c. 32. Marcel. lib. 28. Diac. lib. 12.

[2] *Valentinianum.*] Hic eſt *Valentinianus* Secundus, qui præcipuè bella contra Saxones geſſit. *Saxones* eo tempore oram ſive littus Belgicum à fluvio Albi uſque in Morinos ſive Flandros occupaverant, ac piratica totum Occidentem quam graviſſime vexabant; frater Valentiniani *Valens* orientem obtinebat & infeliciter contra Gothos pugnans in quodam obſcuro tugurio combuſtus fuit.

[3] Aurelius Victor. Paulus Diaconus lib. 12. Ammianus l. 30 Socrates lib. 3. cap. 26. Sozom. lib. 7. c. 36. Zoſim. l. 4. Pompon. Lætus.

[4] Diacon. lib. 21. Poſ. l. 4. Oroſ. lib. 7. cap. 33. Qua ratione Valens interierit, incertum, Soer. lib. 5. c. 1. Alii igne combuſtum ſcribunt. Diac. l. 12. Sozom. l. 6. c. ult. Theodoret. lib 4. c. 36. Alii Imperatorio habitu mutato ſe in medium ſuorum peditum injeciſſe, ibique cecidiſſe & jacuiſſe incognitum, Socr. lib.

belligerantem, coërceret: [1] ſed cum Huni, ſive Tartari & Scythæ, Pannoniam, Epirum, & Theſſaliam vaſtarent, in Europam rediit, & commiſſo prælio victus, ac in fuga vulneratus, inque tugurium quoddam delatus, immiſſo ab hoſtibus igne, conflagravit.

[2] Valentiniani Cæſaris atque Valentis edictum exſtat, quo mandatur, ut qui monaſticam vitam ſectantur, atque ſolitudinem, eaque ratione militiam & onera publica defugiunt, extrahantur è ſuis latibulis, & aut patriæ ſerviant, aut omnibus aliis commoditatibus careant, quæ poſt conferantur in eos, qui laborem & periculum pro Republica ſuſtinent.

[3] Hoſtes deinde, circumſeſſa Conſtantinopo-

lib. 4. c. 31. Marcellinus l. 31.

[1] *Sed cum Huni.*] Non fuerunt Huni ſed Gothi, à quibus victus & combuſtus fuit Imperator Valens.

[2] Liber 26. cap. de Decurionibus. Vide Auguſt. de civit. Dei l. 18. cap. 52. & ibi Vivem. Exſtat hæc lex in Codice Theodoſiano, lib. 12. titul. 1. l. 26. Meminit etiam Paulus Diaconus l. 12. & Iornandes Gothus lib. 1. Pertinet autem ad monachos Ægypti, quibus fuit Valens pertinaciter infenſus: Jacobus Cujacius annotavit. Conſule annotationes Alciati in decimum librum Codicis Juſtiniani, ſect. In lege quidam ignaviæ: Ubi Bartoli erroneam interpretationem refellit: vide eundem Alciatum in libro tertio diſputationum c. 11.

[3] Ammianus lib. 31. & Socrates l. 5. cap. primo:

nopoli, quum donis atque pecuniis essent ab Imperatore placati, discesserunt.

[1] Valentinianus Cæsar, pacata Saxonia, filium suum Gratianum cooptarat collegam.

[2] Cum ergo tam pater, quam patruus Valens mortem obiissent, Gratianus utrique succedit, quumque variis turbarum fluctibus agitaretur respublica, [3] Theodosium belli ducem insignem allegit, & ad solem orientem misit. Is ad Constantinopolim Hunnos fudit, atque Gothos Thraciæ finibus ejecit.

[1] Gra-

mo: Barbaros à Saracenis precio conductis repulsos scribunt. Sozom. lib. 7. cap. 1. Paulus Diaconus lib. 12. Pompon. Lætus.

[1] Aurelius Victor, Diaconus lib. 12. Marcell. lib. 27. Socrates l. 4. c. 10.

[2] Aurel. Victor. Socr. lib. 5. cap. 2. & Sozom. l. 7. cap. 2. Diaconus l. 12. Oros. l. 7. cap. 34. Theodoretus lib. 5. cap. 5. Zosimus lib. 4.

[3] *Theodosium.*] *Theodosius* inter optimos ac felicissimos Imperatores refertur, erat natione Hispanus sed unico crudeli facinore gloriam suam contaminavit, quippe Thessalonicæ septem millia civium immisso milite trucidari jussit, quod tumultum quendam excitassent. Cum ergo festo Paschatis Theodosius de cœna Dominica participare vellet, in Ecclesia, Ambrosius Episcopus Mediolanensis ipsum à sacra communione repulit, dicens; *non potes cruentis manibus corpus & sanguinem Domini tractare.* Theodosius huic correctioni se humiliter subjecit ac totis octo mensibus publica pœnitentia acta, tandem Ecclesiæ reconciliatus fuit.

[1] Au-

[1] Gratianus deinde à quodam ſuo belli duce, [2] Maximo, affectante Imperium, per inſidias fuit in Galliis interfectus.

Præceptorem habuit in literis Auſonium Burdegalenſem, cujus exſtant poëmata quædam, eumque tandem ad conſularem dignitatem Romæ perduxit.

[3] Eodem prope fato, filius ejus Valentinianus occubuit etiam, ſumma fraude ſui familiaris [4] Arbogaſti.

[6] Sed non tulerunt impunè percuſſores: nam

[1] Aurelius Victor. Socrates lib. 5. cap. 11. Sozom. lib. 7. cap. 13. Niceph. lib. 12. cap. 19. & 20. Oroſ. lib. 7. cap. 34. Zoſimus lib. 4. Diacon. l. 12.

[2] *Maximo.*] Hic *Maximus* imperium in Gallia arripuit, ac totum fere occidentem occupavit, de quo prolixe videri poteſt Sulpit. Sever. lib. 2. ſacræ hiſtor. & de vita Martini.

[3] Exſtat Gratiarum actio Auſonii ad Gratianum Imperatorem pro conſulatu.

[4] De hoc legatur oratio funebris Ambroſii epiſcopi Mediolanenſis. Aurelius Victor. Oroſ. l. 7. c. 35. Diaconus. l. 3. Socrates l. 5. c. 24. Sozom. l. 7. cap. 22. Niceph. l. 12. c. 38, 39. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani ſuffocatum & laqueo ſuſpenſum ſcribit. Fuit autem, Zoſimo teſte, Arbogaſtus ex Francis Germanis oriundus.

[5] *Arbogaſti.*] Hic *Arbogaſtus* natione fuit Francus, cumque Valentinianus aliquando per iracundiam ſtricto gladio eum petiiſſet, ejus fraude noctu fuit ſtrangulatus & ſuſpenſus.

[6] Auguſt. lib. 46. de civitate Dei. De cæde Maximi legatur Aurelius Victor,

nam cæsi postea fuerunt uterque à Theodosio Cæsare, & Maximus quidem captus, Aquileiæ fuit interfectus, alter verò mortem sibi conscivit ipse.

[1] [2] Deletis ergo tyrannis, Theodosius rerum potitus, Imperii socios constituit filios, Honorium & Arcadium: & quoniam ætate juniores erant, duces, ac velut moderatores illis attribuit, [3] Arcadio Ruffinum, Honorio Stiliconem, neque multò post vitam finit.

[1] Ipso

ctor. Oros. lib. 7. cap. 35. Diaconus lib. 13. Socrat. l. 5. c. 14. Sozom. lib. 7. cap. 14. Theodoretus l. 5. c. 15. Niceph. l. 12. c. 21. Arbogasti, quem Zosimus & Suidas Francum, è minoribus Galliis oriundum scribunt, interitum refert Aurelius Diaconus l. 13. Socrates l. 5. c. 24. Theodor. lib. 5. cap. 24. Sozom. lib. 7. c. 24. Niceph. lib. 12. c. 38. & 39. Claudianus in Paneg.

[1] Pomp. Lætus. cap. ultimo. Theodoretus l. 5. Sozom. lib. 8. capite 28. Niceph. lib. 12. c. 50. Zosimus lib. 4.

[2] *Deletis.*] Inter hos Tyrannos præcipuus fuit *Eugenius*, quem Theodosius precibus ad Deum tota nocte fusis, divino miraculo in ipsis Alpibus debellavit: nam tanta cœli tempestas in Eugenianos exorta fuit, ut propria tela violenter in ipsos retorquerentur: de qua insigni victoria Claudianus ita loquitur.

O nimium dilecte Deo
cui fundit ab antris,
Æolus armatas hyemes,
cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad
classica venti.

[3] *Arcadio.*] Imperium Romanum inter *Honorium* & *Arcadium* fuit divisum. *Honorius* obtinuit Romam & occidentem, *Arcadius* Constantino olim & orientem. *Arcadii* mode-

[1] Ipso jubente, Constantinopoli fuit habita Synodus, damnatumque in ea Macedonii dogma, divinitatem Spiritui sancto derogantis.

[2] Qui fuerunt ibi patres, ad centum quinquaginta, sicut traditur, instituerunt Episcopos, tum ibi, *tum Antiochiæ, quam vocant seniorem & verè Catholicam Ecclesiam, tum Hierosolymæ, quam Ecclesiarum omnium matrem esse dicunt:* & hæc quidem acta sua perscribunt ad Damasum Episcopum Romanum, qui conatus fuerat eos evocare Romam.

[3] Damaso fuit familiaris Hieronymus, quum esset juvenis. *Ejus est dictum illud memorabile: Ubicunque Episcopus fuerit, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, sive Alexandriæ, ejusdem meriti est atque sacerdotii.*

[1] Theo-

moderator erat *Ruffinus*, quem proprii milites in fusta gladiis concidérunt: et successit *Eutropius* qui & ipse paulo post fuit interfectus, de utriusque vita & exitu videatur *Claudianus* in Ruffinum & Eutropium.

[1] 1 Tomo concil. pag. 727. Socrates lib. 1. c. 8. Sozom. lib. 7. c. 7, & 8. Augustinus de hæresibus cap. 52. Niceph. lib. 12. cap. 18. Dist. 16. cap. Prima autem Synodus. Basilius in expositione fidei Nicenæ, Macedonium Pneumatomachum propterea nominatum scribit.

[2] Tomo 1. concil. p. 680, & seq. Theodoretus lib. 5. cap. 8, & 9.

[3] In epist. ad Evagrium 3. operum Hieronymi

[1] Theodosius magna fuisse pietate fertur; & ab Episcopo Mediolanensi Ambrosio reprehensus, adituque templi prohibitus, patienter tulit.

[2] Arcadius ad orientem solem Constantinopoli præerat: Honorius autem Romæ: sed Ruffinus, ut imperium ad se transferret, Gothorum regem clam hortabatur, ut Arcadio bellum faceret: intellectâ perfidiâ, Ruffinus à militibus trucidatur.

[3] *Arcadium Cæsarem Innocentius ejus nominis primus, Episcopus Romanus, excommunicavit, quod consenserat, ut Johannes Chrysostomus ab Ecclesia sua pelleretur, sicut in jure Pontificio refertur.*

[1] Flonymi. Damasus Hieronymi operâ usus est in scriptionibus Epistolarum Synodalium ut Hieronymus ipse scribit, epistola ad Eustachium, item ad Gerontiam.

[1] Theodoretus lib. 5. cap. 17. Niceph. lib. 12. c. 40, 41. Sozom. lib. 7. c. 24. Augustinus lib. 5. c. 26. de civit. Dei. Paulus Diaconus lib. 13. Zonaras tom. 3. Michael Glycas Annal. parte 4. *De hoc Ambrosii facto, gravissimum exstat judicium Thomæ Erasti medici excellentissimi, qui illud iniquum esse, nec unquam veris & justis rationibus excusari posse, palàm affirmat. Vide Rudolphum Hospinianum. lib. 2. c. 1. de origine, usu & abusu templorum.*

[2] Socrates lib. 6. c. 1. Sozomenus lib. 8. cap. 1. Nicephorus lib. 13. c. 1. Zosimus lib. 5. Diaconus cap. 13. c. 1. Ruffinus fuit Gallus, teste Suida, in voce Theodosius.

[3] Niceph. lib. 13. c. 34. Dist. 96. cap. Duo sunt quip-

[1] *Floruit tunc etiam* [2] *Auguſtinus, Hipponenſis Epiſcopus, qui Concilio Carthaginenſi tertio interfuit & quarto: ubi decretum inter alia fuit:*

Ut Epiſcopus non longè ab Eccleſia ſuum haberet hoſpitiolum.

[3] Item, ut vilem ſupellectilem & menſam, & victum pauperem haberet, & fide vitæque integritate ſibi pararet authoritatem.

[3] Ut rebus Eccleſiæ, tanquam commendatis, non tanquam propriis, utatur.

[5] *Auguſtino quoque ſcripſit Innocentius primus, & Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo, & cohortatus ad mutuas precationes, germanos vocat & conſacerdotes.*

[6] *Ab Innocentio fuit Zoſimus, qui patrum & antiquitatis decreta laudans, ne Romanæ quidem ſedi, ſicut vocant, licere dicit, ut in iis aliquid mutet, aut contrà ſtatuat.*

[1] Mo-

quippe. Videatur Glycas Annal. parte 4.

[1] Decret. Synodi Carthaginenſ. quartæ, Canone 14. Tomo 1. Concilior. pagina 759.

[2] *Auguſtinus.*] Fuit Epiſcopus Hipponenſis in Africa, quam urbem obſederant Vandali, in qua etiam obſidione Auguſtinus ſcripſit præclaros illos libros de civitate Dei, & antequam urbs caperetur vita exceſſit.

[3] Diſt. 41. c. Epiſcopus vilem. Decretor. Synod. Carthag. Canone 15.

[4] Canone 13. pag. 760.

[5] Epiſt. 20. Innocentii I. Tomo Conciliorum primo, pag. 780.

[6] Lib. 25. q. 1. contra ſtatuta.

[1] Morem quoque ſui temporis inſectatur & corrigit, quod plerique nullis imbuti literis ad ſacerdotalem ordinem aſpirabant.

[2] Zoſimum excepit Boniſacius primus. Erat tunc Carthagine Concilium ſextum, valdè frequens, cui & Auguſtinus interfuit. Eò miſſis legatis, Boniſacius oſtendit, Synodum Nicenam ſedi Romanæ tribuiſſe jus illud, ut ad ipſam ex omnibus provinciis undique provocaretur: petit igitur à patribus, ut hoc ipſi quoque ſanciant & confirment. Reſpondent, nihil ejuſmodi fuiſſe Niceæ decretum, quod quidem ipſi ſciant; veruntamen ut certò res inveſtigari poſſet atque ſciri, placuit, ab Alexandrina & Conſtantinopolitana Eccleſia petendum eſſe verum ejus Synodi exemplar. Eo tandem allato, deprehenſum eſt, planè contrarium fuiſſe ſtatutum, hoc videlicet, ut de ſuis cauſis quæque provincia cognoſceret, & ab Epiſcopis ad Synodum provinciæ, vel etiam ad Oecumenicum, ut vocant, Concilium provocaretur.

[3] Erat tum Alexandrinus Epiſcopus, Cyrillus. Antequam exemplar veniret, mortuus erat

[1] Diſt 36. cap. qui Eccleſiaſt. & Diſt. 59. cap. qui Eccleſ. Epiſt 1. ad Heſychium Salonitanum Epiſcop. pag. 810.

[2] Tom. 1. concil. In actis concilii Carthag. ſexti, p. 818. Epiſtola hæc extat in Actis Concilii Africani, capitulo 101. pag. 841.

[3] C. 120. p. 843. C. 105. 1. 80.

erat Bonifacius: cumque ſucceſſor ejus Cœleſtinus idem urgeret, reſponſum tulit juxta formam decreti.

[1] Mortuo Arcadio ſucceſſit filius Theodoſius II. quo regnante, & jubente, Epheſina fuit habita Synodus; *in eaque damnatus Neſtorius, qui Chriſtum natum eſſe Deum ex Maria virgine, negabat. Auguſtinus tunc è vita diſceſſit.*

[2] Ab altera parte Stilico, tutor Honorii, perfidioſe rem etiam egit, uti Ruffinus. Et cum in Gallia domicilium ſedemque Gothis tribuiſſet, commovit illos, ut in Italiam ingreſſi, [3] duce Alarico Romam caperent, quod fuit anno conditæ urbis MCLXII, poſt Chriſtum vero natum CCCCXII.

[1] Ro-

[1] Socrat. lib. 7. c. 32. & 33. Evagrius lib. 1. c. 2. & ſeq. Niceph. lib. 14. cap. 13. Auguſtinus obiit Hippone, anno Chriſti 440. ut ait Sigebertus in Chronico, vel 446. ut Beda: ſed 432. Diacon. 14. ſive 433 Proſper in Chronico. Liberatus Archidiaconus Carthaginenſis ſcribit c. 5. ſui Breviarii, Auguſtinum ad hanc Synodum accerſitum, ſed morte præventum eſſe.

[2] Diacon. lib. 13. Auguſtinus lib. 1. cap. 1. de civitate Dei. Iornandes lib. 2. Sozomenus lib. 9. cap. 9. Oroſius l. 7. c. 38. Paulus Æmilius l. 1. Michaël Ritius de regibus Hiſpaniæ lib. 1. Egnatius lib. 1. Principum Romanorum.

[3] *Duce Alarico.*] Anno Chriſti CCCCXII. Gothi ſub Rege Alarico urbem Romam ceperunt, ſpoliarunt & combuſſerunt: atque ita tandem deſtructa fuit ſuperba illa

[1] *Romæ paucis diebus Gothi commorati, cum Rhegium veniſſent populabundi, ac in Siciliam trajicerent, naufragium fecerunt,* [2] *extincto etiam rege.*

Cum deinde multa Stilico nequiter faceret, & inſidioſè, quo ſuum ad filium Eucherium Imperii ſummam transferret, intellecta fraude, captus, & Honorii juſſu fuit interfectus.

[3] Alarico rege mortuo, Gothi regem ſibi ſumpſerunt Adolphum, ejus propinquum, eoque duce Romam redeunt, & quod reliquum erat abſumunt.

[4] Eo interfecto, regnavit Genſericus, & hoc ſublato, Wallis; cum quo Conſtantinus, Honorii per Gallias legatus, & ſororius, ac deinde imperii ſocius, amicitiam & fœdus iniit, [5] conceſſa illi Aquitania Galliæ parte, quam inhabitaret.

[1 2] Vexa-

Roma, quæ hactenus caput quartæ Monarchiæ fuerat.

[1] Diacon. l. 13. Oroſ. lib. 7. c. 38. Sozomenus l. 9. c. 4. Zoſimus l. 5.

[2] *Extincto.*] Alaricus cum theſauris ſuis demerſus fuit in profundum fluvium, ne Romani vel corpore vel opibus potirentur.

[3] Procop. l. 1. de bello Vandal. Diacon. l. 13. Oroſ. l. 7. c. 43. Iornannandes. Valla. Adolphus hic Alarico affinis fuit, conjugis nempe frater, ut Zoſimus innuit. Diaconus Athaulphum, Oroſius Athalphum vocat.

[4] Oroſ. l. 7. cap. ult. Diaconus lib. 14. Iornandes lib. 2. Proſper in Chronicis.

[5] Con-

1 2 Vexabant tum Britanniam Scoti & Picti, verum auxiliis, ab Honorio Cæsare missis, profligati fuerunt. Per Hispaniam quoque Wandali & Alani, Genserico duce, grassabantur.

3 Honorio tandem Romæ mortuo successit, ad occidentem solem atque Romæ, 4 Valentinianus, sororis filius: cum interim Theodosius Arcadii filius, ut supra diximus, alteram mundi plagam Constantinopoli gubernaret.

5 Ad hoc tempus Wandali & Alani dissidiis & factionibus Romanorum ducum, qui per Africam erant, invitati, penetrarunt ex Hispaniis in Africam, ferroque regionem atque flamma vastabant. Ab ea clade pars quædam Africæ fuit illis ad habitandum attributa.

1 Go-

5 *Concessa.*] *Gothi* ex Italia primo migrarunt in Galliam; ex Gallia traduxit eos in Hispaniam Rex *Wallis*, atque ita cœpit regnum Gothorum in Hispania quæ hodieque durat.

1 Procopius de bello Vandalico lib. 1. Paulus Diaconus lib. 14. Sozomen. lib. 9. cap 2. Blond. 2. dec. 1. Diacon. 14.

2 *Vexabant.*] Sub Imp. Honorio destructum fuit Romanum Imperium in occidente à Gothis, Vandalis, Hunnis, Francis, Alemannis, aliisque barbaris nationibus.

3 Procop. lib. 1. belli Vandal.

4 *Valentinianus*] cognomine Tertius, ultimus Imperator Occidentis.

5 Procop. lib. 1. belli Vandal. Diac. l. 14. Iornand. lib. 2.

[1] Gothi, qui Galliam Aquitaniam incolebant, Honorii Cæsaris voluntate atque permissu, ut paulo ante diximus, non contenti suis finibus, vim & injuriam inferebant vicinis, & Narbonem obsidione fatigabant: sed missus eò cum copiis Litorius, oppidum obsidione liberavit, annonam intulit, & commisso prælio feliciter primò pugnabat, post autem toto ferè exercitu deleto, captus est: tantaque fuit ea clades, ut populus Romanus pacem orare cogeretur.

[2] [3] Wandalorum etiam rex Genfericus, pace violata, quam cum Romanis in Africa fecerat, ut antea diximus, Carthaginem ex improviso capit, ac multa crudeliter ibi facit: quæ quidem civitas per annos quingentos octoginta quinque populi Romani tum fuerat.

[4] Occupata Carthagine, in Siciliam trajicit, magnisque cladibus eam afficit. Tum demum instructa classe Theodosius Imperator bellum in Wandalos movebat: sed cum eodem

[1] Sigebert. Diaconus lib. 14. Jornand. lib. 2. Prosper in Chronico.

[2] Diaconus l. 14. Prosper in Chronico Urspergensis.

[3] *Wandalorum,*] Wandali populus Germanicus ex Hispania in Africam penetrarunt, ibi Carthagine capta perpotens regnum condiderunt, quod tandem destructum fuit ab Imp. Justiniano.

[4] Diaconus lib. 14.

[1] Po-

dem tempore Huni Thraciam & Illyricum vastarent, exercitus è Sicilia fuit ad ea loca propugnanda revocatus.

[1] [2] Faciebant tunc denuo impressionem in Britanniam Picti, atque Scoti: cumque de Romanorum auxiliis Britanni desperarent, ab Anglis, populo Saxoniæ opem petunt; Sed hi pulchritudine regionis allecti, quum paulatim majoribus copiis eò advavigassent, maximam Insulæ partem suæ ditionis fecerunt, Britannis oppressis.

[3] Non multò post Constantinopoli mortuus est Theodosius II. Eo regnante solis deliquium fuisse traditur, & apparuisse cometa, inde ab Idibus ferè Juliis ad mensem usque Septembrem.

[1] Theo-

[1] Polydor. hist. Anglicæ lib. 3. Beda lib. 1. Anglic. hist. Buchanan. rerum Scotic. lib. 8 c 41. Crantius Saxon. lib. 1. cap. 18. Georgius Livius in Chronico Angliæ Regum.

[2] *Faciebant.*] Sub Valentiniano Tertio Britanni à Romanis derelicti contra Pictos ac Scotos evocarunt Anglos sive Saxones, qui tum temporis, sicut supra dictum, maritima potentia florebant. Ità duo Saxonum Reges *Hengistus* & *Horsa* cum copiis auxiliaribus in Britanniam trajecerunt, sed mox pulchritudine regionis allecti ipsos Britannos oppresserunt, ac septem regna constituerunt, quæ tandem anno Christi octingentesimo in unius Angliæ nomen & sceptrum coaluerunt.

[3] Diacon. lib. 14.

[1] Diac.

[1] Theodosio ad orientem solem succeſſit Martianus. De Genſerico, Wandalorum rege, ſuprà diximus: cum eo pacem fecit Valentinianus, diviſa inter ipſos Africa.

[2] [3] Circiter hoc tempus Attila, rex Hunnorum, qui Dacia & Pannonia occupata, vicinas regiones, Macedoniam, Myſiam, Thraciam crudeliſſimè vaſtabat, ad occupandam Imperii Romani partem, quæ eſt ad occidentem ſolem, animum adjecit. Et quoniam ejus belli ſummam fore difficultatem videbat, ſiquidem Gothi, qui tum pacem cum Romanis colebant, ut ſupra dictum eſt, auxilia Romanis ferrent: idcirco miſſis legatis amicitiam eorum atque fœdus expetebat: verùm Aëtius Valentiniano-

[1] Diac. l. 14. Evagrius lib. 2. c. 1. Niceph. lib. 15. Procop. lib. 1. belli. Vand.

[2] Procop. lib. 1. bell. Vandal. Diac. l. 15. Bonfin. l. 3. dec. 1. Blondus 1. decad. l. 2. Callimachus in Attila.

[3] *Circiter*] Omnium maximum bellum quod Romani geſſerunt cum barbaris, bellum Hunnicũ fuit. Hunnorũ primus Rex fuit *Attila*, qui ſe vocavit *flagellum Dei*. Statuerat Attila totũ Imperium occidentis occupare, ac propterea cũ exercitu ſepties centenum millium ex Germania in Galliam contendit: ubi *Aëtius* Valentiniani Cæſaris dux una cum copiis Francorũ & Gothorum ſeſe huic furori Hunnico oppoſuit. Prælium commiſſum fuit in Campis Catalaunicis ubi cæſa Hunnorum centum octoginta hominum millia. Attila fuga evaſit, & novis collectis copiis denuo in Italiam feſtinavit, eamque longe lateque flamma & ferro vaſtavit,

tinïani Cæſaris legatus huic rei prævertit: & cum Theodorico Gothorum rege, firmato fœdere, totum ſe comparabat ad bellum.

[1] Attila nihilo ſecius progreditur: *fit prælium longè maximum in campis Catalaunicis, quæ quidem Galliæ pars, propter ingentem planiciem, hodie vocatur Campania.*

[2] Cecidiſſe in eo prælio feruntur CLXXX. hominum millia: in his etiam Gothorum rex Theodoricus occubuit.

[3] Victus autem Attila ſeipſum interficere cogitabat, ne vivus in poteſtatem hoſtis veniret: ſed cum Theodorici regis filius, Aëtii ducis conſilium ſecutus, cum ſuis copiis domum rediret, ut mortuo parenti ſuccederet, Attila colligendi ſui ſpacium adeptus, in Pannoniam redit, & novis collectis copiis, iræ plenus, Italiam ingreditur: Aquileiam urbem obſidione diuturna fatigatam demum expugnat, diripit, incendit: inde Concordiam, Patavium, Vincen-

ſtavit, ſed quo minus Romam diriperet, precibus Papæ Leonis fuit effectum. Reverſus igitur in Pannoniam cum in nuptiis vino ſe ingurgitaſſet, noctu proprio ſanguine ſuffocatus periit.

[1] Iornandes l. 2. Diac. l. 55. Iornandes campos Mauricios, Freculphus Mauriacos vocat.

[2] Diacon. lib. 15. Iornandes lib. 2. Gregorius Turonenſis l. 2. c. 7.

[3] Pompon. Lætus, Procop. lib. 1. belli Vand. Diac. l. 1. Bonfinus dec. 1. lib 6. Olahus in Attila cap. 15. De Attilæ interitu.

centiam, Veronam, Brixiam, Bergomum, Mediolanum, & Papiam capit: poſtea graſſatus per Flaminiam, caſtra tandem facit ad Mincii confluentem atque Padi. Quo quidem in loco, quum deliberaret, an Romam iturus eſſet cum exercitu, Leo venit ad ipſum, urbis Romæ Epiſcopus, ejus nominis primus, idque perfecit, ut, mutata voluntate, non ſolum non Romam peteret, verùm etiam Italia omni relicta, rediret in Pannoniam, ubi non multò poſt vitam finiit.

[1] Hic eſt Leo ille, cujus exſtant epiſtolæ complures ad Theodoſium II, & Martianum Imperatorem, in quibus partim excuſat quamobrem ad Concilia venire non poſſit ab illis indicta, & deprecatur ne moleſtè ferant, quod legatos eò mittat: partim etiam orat, ut in Italia potius, quàm in Aſia Concilii locum deſignent: ſed nihil impetravit.

[2] Dum per Italiam ita ſæviret Attila, [3] Venetorum urbs condita fuit, quando ex vicinis

tu refert ex Priſco Hiſtorico Iornandes lib. 2. Jovius lib. 1. Elogiorum.

[1] 2. Tomo concil. p. 40. Epiſtola Leonis Papæ decima ſexta. Epiſtol. 9. ad Theodoſium pag. 32. Vide epiſtol. 23, 24, 31, &c. pag. 44. & ſeq. 2. tomo concil.

[2] Volater. l. 4. Geograph. Blondus Decad. 1. lib. 3. Sabellicus de rebus Venetis Decad. 1. lib. 1. Antonius Bonfin. Decad. 1. lib. 6.

[3] *Venetorum.*] Cum *Attila* ita per Italiam graſſaretur, nobiliſſimæ familiæ in æſtuaria & inſulas,

cinis locis plerique potentiores in illa maris æſtuaria, & inſulas, tumuloſque, veluti in portum aliquem, ſeſe receperunt.

[1] Humile fuit igitur ac propè deſperatum & calamitoſum hujus urbis initium, & nunc in tantam, uti videmus, amplitudinem excrevit. Octoginta quinque numerantur illorum duces, ad hoc uſque tempus: ex iis primus fuit Paulus Anazatus, anno ſalutis ſexcentesimo ſeptuageſimo ſexto, quum ante ducentos quinquaginta duos annos urbs ædificari cœpta fuiſſet.

[2] Interfecto poſtea Valentiniano, Wandalorum [3] rex Genſericus, claſſe devectus in Italiam ex Africa, cum exercitu longè maximo, & adjutus à Mauris, Romam contendit,

ſulas maris Hadriatici ſe contulerunt, atque ibi paulatim ſtruxerunt magnificam illam urbem Venetiarum, quæ hodie Regina Italiæ & Turcarum ſcopulus excelſiſſimè floret.

[1] In hiſtoria ducum Venetorum à Petro Marcello Veneto, Sylveſtro Gyrello, & Hieronymo Kelnero edita, hic dux vocatur Paulutius Anafeſtus, & initium imperii illius collocatur in annum 697, à Chriſto nato, quem faciunt urbis conditæ annum 282. De numero etiam variant, 4. enim & 80. uſque ad illud tempus, quo hæc à Sleidano ſcripta ſunt, Duces recenſent.

[2] Diac. lib. 15. Procop. de bello Vand. lib. 5. Iornandes. Evagrius l. 5. c. 7. Urſpergenſis.

[3] *Rex Genſericus.*] Urbs Roma à barbaris nationibus ter fuit capta, primo ab *Alarico* Rege Gothorum. 2. à *Genſerico* Rege Wandalorum. 3. ab *Ati-*

dit, & urbem propè desertam ab omnibus capit: sed exoratus à Leone Episcopo, qui & Attilam placaverat, uti diximus, ab incendiis abstinuit atque cæde.

[1] Direptâ urbe, captivi maximo numero Carthaginem deportati sunt. Hostes deinde Campaniam magnis calamitatibus afficiunt, Capuam, Nolam, Neapolim aliasque civitates evertunt: superstites à cæde conjiciunt in catenas, & opibus Italiæ facti divites, in Africam revertuntur.

[2] Martianus ad Orientem solem Imperator, pacem coluit, naturâ quietus: ac dicere solebat, quamdiu pacatè vivere liceret, non esse principi decorum, ut arma sumat.

[3] Ipso regnante, & jubente, Chalcedone fuit coactum Concilium amplissimum, & damnatus Eutyches, duas naturas in Christo confundens.

[4] *Ibi decretum inter alia fuit, ne quis clericus, uti vocant, in duarum civitatum Ecclesiis recipiatur.*

[1] Non

Attila Rege Gothorum.

[1] Diac. l. 15. Procop. de bello Vand. lib. 1. Urspergens.

[2] Pompon. Lætus, Egnatius lib. 2. de Rom. Princip.

[3] Evagrius lib. 2. c. 2. Nicephorus lib. 15. cap. 2, 3, 4, &c. Diaconus lib. 51. Tomo 2. Concil. pag. 119.

[4] 10. Canone Decretorum Concilii Chalcedonen-

[1] Non erat nota tunc temporis illa, quæ dicitur, pluralitas beneficiorum, quæ nunc sic inolevit, ut nihil sit ea frequentius. Et noſtra quidem ferè memoria, conſuetudo illa inter alias Eccleſiæ maculas obrepſit, uni ut duos attribueret Pontifex Epiſcopatus. Quod ſi jam eum, qui ſuperiori proxima ætate fuit, hac in parte morem reſtitueret, officium ſuum faceret: ſed quoniam id ferre non poteſt, an putamus unquam eſſe permiſſurum, ut juxta ſacras literas, & Apoſtolorum atque primi temporis decreta, res emendentur? Nimirum fruſtra laborant, qui facta Paparum ad antiquæ religionis rationem exquirunt.

Imperii anno ſeptimo, Martianus mortuus eſt, eique Leo ſucceſſit; Romæ autem, & ad ſolem occidentem, ubi Roma capta Genſericus in Africam revertiſſet, Valentiniano ſucceſſit Avitus, deinde Majoranus, poſtea Severus, ab hoc Anthemius, poſt alii parum celebres, qui mutuis lanienis, & inſidiis interierunt, neque diu regnarunt, adeo quidem, ut jam altera pars Imperii Romani, verſus occidentem ſolem valde eſſet afflicta.

[2] De Leone Cæſare nihil memorabile proditum eſt, niſi quod cum Gothis, Illyricum

nenſis, 2. Tomo Concil. pag. 327. Exſtat. l. 21. q. 1. Clericum in duarum.

[1] De his Diac. lib. 15.

Evagrius l. 2. c. 7. & 16. Iornandes lib. 1. Procop. l. 1. belli Vandal.

[2] Iornand. lib. 2.

1. Tom.

cum vaſtantibus, amicitiam atque fœdus iniit.

[1] Exſtant ad ipſum quoque Leonis Epiſcopi Romani una & altera Epiſtola. Succeſſorem habuit Zenonem Iſauricum.

[2] Inter eos, qui Romæ præfuerunt, à morte Valentiniani, fuit etiam Auguſtulus quidam.

[3] *Ad hoc tempus, Odoacer, cum ingenti manu Herulorum & Scirborum, ex Pannonia Italiam invadit*: Oreſtem, patricium Romanum, qui Papiam cum ſuis copiis ſeſe receperat, capit & occidit, oppidum diripit & incendit: progreſſus omnem regionem uſque Romam occupat: [4] Auguſtulus animo fractus, Imperium ſponte deponit: Odoacer urbem ingre-

[1] Tom. 2. concil. Epiſt. 71, 72, 73, 76, &c. p. 10. & ſeq.

[2] De Romulo, Oreſtis filio, cui Auguſtuli cognomen fuit, ſcribit Procopius de bello Vandalico l. 1. de bello Gothico l. 1. Evagrius lib. 2. c. 16. Iornandes lib. 1. Pompon. Lætus.

[3] Iornandes lib. 2. Sigebertus. Procopius de bello Gothico l. 1. Leonh. Aretinus de bello Gothico lib. 1. Blondus decad. l. 2. c. 1. Bonfin. decad. 1. lib. 7.

[4] *Auguſtulus.*] Ultimus omnium Imperatorum quæ Romæ regnarunt fuit *Romulus Auguſtulus*, fatale utrimque Romanis nomen, ſicut enim *Romulus* fuit primus Rex & Auguſtus primus Imperator, ita *Romulus Auguſtulus* fuit ultimus Rex & Imperator Romanorum, & quibus nomi-

ingreditur, & Italiæ regnum adeptus, per annos XIV, nullo resistente præfuit.

[1] Tum demum Theodoricus Ostrogothorum rex, missus à Zenone Imp. & Constantinopoli profectus, Gepidas & Bulgaros, resistentes vincit: deinde per Myſiam & Pannoniam iter faciens, in Italiam accedit, & non procul ab Aquileia castra ponit, quo postquam & Odoacer venisset, summis copiis dimicatur: victus Odoacer in fugam conjicitur: sed recollectis copiis denuo prælıatur non procul à Verona, iterumque victus, & quamplurimis desideratis, qui partim in conflictu, partim in Athesi flumine perierant, Romam fugiens contendit. Illinc excluſus, vastato circum agro, Ravennam venit, ibi per triennium ferè circumsessus, ac deditione tandem captus, interficitur.

[2] Theodoricus, Odoacro sublato, factus Italiæ dominus, Romam venit, ibique Concilium habuit unum & alterum Episcoporum, quos ex diversis Italiæ provinciis eò convocaverat, ut de Symmachi causa cognoscerent Episcopi Romani, quem plerique repudiabant, ut indignum & vitio creatum.

[1] Theo-

nominibus Rom. imperium cæpit, iisdem etiam desiit: unde intelligimus quædam nomina esse fatalia.

[1] Procop. belli Gothici lib. 1. Iornand. lib. 1. & 2. Aretinus lib. 1.

[2] Diac. lib. 11. Tom. 3. concil. pag. 472. & seq.

Cen-

[1] Theodoricus hic fuit Arrianus, ut quidam Pontificiorum libri dicunt.

[2] Est autem ille, qui cognomine dicitur Veronensis, Theodorici illius, qui in prælio contra Hunnorum regem Attilam occubuit, ut supra dictum est, propinquus.

[3] *Odoacer erat Rugus, qui est ad mare Balthicum Germaniæ populus.*

[4] Theodoricus, muniendi sui causa, Wandalorum, Visigothorum, & Burgundiorum reges, per affinitatem sibi conciliavit.

[5] Dum hæc in Italia geruntur, *magni fuerunt motus per Thraciam, Africam, Britanniam, in qua superiores tandem exstiterunt Saxones.*

Zenoni, mortuo Constantinopoli, succedit 6 Anastasius. Is nonnullos fovebat, qui dogma

Centuria 6. Historiæ Magdeburg. c. 19. de Synodis.

[1] Joan. 1. Papa in Epistola ad Episcopos Italiæ, tomo Concil. 2. pag. 534.

[2] Tacitus in Germania & in eum Althamerus: Godefridus Viterbiensis perperam Odoacrum Ruthenorum ducem nominat.

[3] *Odoacer.*] Hic *Odoacer* fuit natione Herulus & Rugius ac primũ se Regem Italiæ appellavit: eum regno & vita spoliavit *Theodoricus* Ostrogothorum Rex, qui condidit Regnum Gothorum, in Italia.

[4] Procop. lib. 1. belli Gothici. Iornandes lib. 2. Frisingensis l. 5. c. 1.

[5] 2. Tom. Concil. Epistolæ initium: Famul vestræ pietatis. pag. 445 Dist. 69. cap. Duo quippe.

[6] *Anastasius.*] Cognomine

dogma probabant Eutychianum: ideoque diſſidium ei fit cum Epiſcopo Romano Gelaſio, qui literis prolixis eum dehortatur,(ut quidem ipſorum habent libri,) ne tutelam eorum ſuſcipiat: duo enim eſſe præcipuè, quibus hic mundus gubernetur, ſacram Pontificum authoritatem, & poteſtatem regalem: & ſacerdotibus quidem eò plus oneris incumbere, quod aliorum etiam nomine, Deo ſint aliquando reddituri rationem: ipſum quidem civili præeſſe politiæ, ſed tamen ſubjici ſacrorum miniſtris, & ab eorum pendere judicio: cumque ſacerdotes legibus politicis obtemperent, æquum eſſe, ut ipſe viciſſim non recuſet ea, quæ rerum divinarum antiſtites decernunt: & quum hic honos omnibus Eccleſiæ miniſtris debeat impendi, rem ipſam poſtulare, ut ei cum primis deferatur, quem & ſua voce Deus, Eccleſiæ deinde conſenſus toti ſacerdotum ordini voluit præeſſe: deſiſtat igitur, & in hac vita deprecatorem ſe potius audiat, quam in altera ſentiat accuſatorem.

[1] Subjungitur poſtea decretum ejus de ſacris Bibliis, in eoque ſedi Romanæ quam vocant, principatum, poſt Alexandriæ, tertium locum dat Antiochiæ.

[1] Re-

mine Dicorus quòd diverſi coloris pupillas in oculis haberet.

[1] Secundo tomo Concil. In Decretis Gelaſii, titul. Ordo librorum veteris Teſtamenti, ſect. Poſt propheticas, pag. 460.

[1] Pau-

[1] Regnante Anastasio, turbæ fuerunt & bellici motus per Ciliciam, sed sedati, oppresso authore.

[2] Hunni tum etiam vastabant Armeniam & Cappadociam, Getæ verò Macedoniam, Thessaliam, Epirum: utroq; Cæsar coactus est præmiis & maximis jacturis placare.

[3] Hoc ferè tempore, quod erat anno salutis quingentesimo, [4] rex Francorum Clodovetus, Christi religionem primus fuit amplexus, quum sæpe multumque fuisset ab uxore, quæ familiæ Burgundicæ erat, sollicitatus, ut id faceret, relictis Idolis atque superstitione.

[5] Concilium extat Aurelianense, triginta trium Episcoporum Gallorum, habitum, ipso regnante, quo statuitur inter alia, si raptor virginis confugerit ad templum, etiamsi vim puel-

[1] Paulus Diacon. l. 15. Pomp. Lætus Author hujus seditionis fuit Vitalianus Thrax, qui jussu populi in Imperatorē propter hæresin Eutychianam rebellavit. Zonar. tom. 3.

2 Evagrius lib. 3. c. 43. Niceph. l. 16. c. 38.

3 Sigebert. Dia. lib. 15. Gregorius Turonensis, lib. 2. c. 29, 30, 31. Adon Viennens. ætate 6. Robertus Gaguinus lib 1. cap. 3. hist. Fran. Æmilius hist. Franc. lib. 1. Michael Rutius de regibus Francorum lib. 1.

4 *Rex Francorum.*] Primus ex Regibus Francorum fidem Christianam susceptit *Clodovetus*, sive ut hodie loquuntur Ludovicus, unde Rex Franciæ hodie dicitur *Christianissimus* & *primogenitus* filius Ecclesiæ.

5 Vincentius lib. 21. c. 13.

puellæ fecerit, ne mortis adeat diſcrimen, ſed vel ſervili ſit conditione, vel ab ea ſeſe redimat.

[1] Anaſtaſium, fulmine extinctum, vel, ut jus pontificium ait, emiſſis inteſtinis exanimatum, [2] Juſtinus excepit, obſcuro genere natus, & è ſubulco factus miles, ut ſcribitur.

[3] Diſſidium huic erat cum Theodorico, Gothorum rege, Italiæ domino, propter diverſam religionem: ſed ab armis tamen temperatum fuit.

Mortuo deinde Theodorico ſucceſſit Alaricus, è filio nepos, magna Gothorum alacritate atque ſtudio.

[4] Erat tum Epiſcopus Romæ, Johannes, ejus

c. 23. tom. 2. concilior. Canone 4. pag. 511. 26. quæſt. 1. De raptoribus autem.

[1] Paulus Diacon. l. 15. Pompon. Lætus. Lapſus hic eſt memoria Sleidanus: nam capitulum, Anaſtaſius, Diſt. 19. quo hic locus reſpicit, loquitur de Anaſtaſio Papa, qui Photinum & Acacium hæreticos fovit, & ob id divino judicio percuſſus creditur: nam ut gloſſa dicti capituli refert, dum aſſellaret, emiſit inteſtina.

[2] *Juſtinus.*] Sordido loco & patre ſubulco natus ſed ſua virtute imperium promeritus, atque hic *Juſtinus* fuit adeo rudis literarum, ut ne quidem legere aut ſcribere potuerit, unde dictus *analphabetus*, quod vulgo per errorem ſucceſſori ipſius Juſtiniano tribuitur.

[3] Procop. de bello Gothico lib. 1. Iornandes lib. 2. Leon. Aretinus lib. 1.

[4] Niceph. lib. 17. c. 9. Paulus Diacon. lib. 15.

ejus nominis primus. Hic à Theodorico rege, quem diximus, Constantinopolim fuit missus legatus cum aliis, & exceptus honorificentissimè, sicut ipsorum habent libri, non à populo tantum, sed ab ipso quoque Cæsare.

[1] Nam summa lætitia fuisse dicunt affectos, quod beati Petri vicarium, uti loquuntur, tunc demùm Græciæ contingeret videre, & suscipere, quod inde à Constantini Magni tempore, & à Sylvestro datum ipsis non fuisset. *Illud autem de Sylvestro mirum est cur dicant, cum Græciam non adierit*; *ut constat*: nam tunc, cum imprimis oportuit & opus erat, nimirum in Synodo Nicena, non se commovit, sed legatos misit eò Victorem atque Vincentium, & alteram ipse post habuit Romæ, sicuti tradunt, quâ Concilii Niceni decreta confirmat.

[2] Exstat etiam Johannis primi ad Episcopos Italiæ consolatoria quædam Epistola, qua monet eos, quanquam rex Theodoricus, hæresi pollutus Arriana, vastitatem ipsis & toti minaretur Italiæ, ne tamen ab instituto desistant, sed fortiter agant.

[1] Post

2. tomo. Concilii in vita Johannis 1. pag. 532.

[1] Sozom. lib. 1. c. 16. & alii. Sozom. Victum & Vincentium legatos nominat.

[2] Epistola 2. Johannis 1. Papæ ad Episcopos Italiæ de Theodorico rege, 2. tom. Concil. pag. 534.

[1] Dia-

[1] Poſt Juſtinum [2] factus eſt Imperator Juſtinianus, ſororis Juſtini filius.

[3] Is ad reſtaurandam rempublicam animum adjecit, & initio quidem toti adminiſtrationi Beliſarium præfecit. Is Perſas egreſſos extra fines, ac Romanorum ditioni vim adferentes, magnis præliis vicit, Illyricum à Gepidis & Bulgaris vaſtatum liberat: Parthos belligerantes ad amicitiam adducit. Wandalorum maximas copias in Africa fundit: regem capit: Carthaginem recuperat: inde tranſgreſſus in Siciliam, accepto nuncio de rebellione per Africam, eò reverſus feliciter rem gerit.

[4] Tunc demum in Italiam profectus, Neapolim

[1] Diaconus l. 16. Evagrius lib. 4. c. 9. Niceph. lib. 17. cap. 17. Pompon. Lætus & alii.

[2] *Factus eſt.*] Hic eſt ille *Juſtinianus*, patronus Juriſconſultorum & qui jura Romana infinitis libris diſperſa in unum volumen redegit, quæ hodie *Corpus Juris* vocamus: duces habuit duos præcipuos *Beliſarium* & *Narſetem*, per quos & Italiam & Africam recuperavit. de Beliſario vulgo traditur quod Juſtinianus Imp. malam ipſi gratiam retulerit, & oculis privatum mendicare coegerit, his verbis, *date Obolum Beliſario quem ſua virtus extulit, invidia depreſſit.* Sed hæc narratio pro fabula habetur.

[3] Diaconus l. 10. Procop. de bello Perſico l. 1. & 2. Zonaras tom. 3.

[4] Procop. de bello Gothico lib. 1. Puit hic Theodorici Veronenſis ex ſorore Amelfieda nepos, propter ingratitudinem autem erga Amalo-

polim occupat, diripit, Gothosque fundit, quorum rex tunc erat Theodatus.

[1] Postea Romam venit, amanter ab omnibus exceptus & honorifice: illinc digressus, oppida passim & munitiones occupat, & in his Perusiam: ibi congressus cum eo Vitiges, Gothorum rex, amisso exercitu, capitur, Constantinopolim ductus à Belisario.

[2] Gothi redintegratis viribus, in regione Transpadana regem sibi sumunt Hildebrandum.

[3] Huic successit unus & alter, ac deinde [4] Totilas. Is, absente Belisario, per totam Italiam grassatus, Romam obsessam capit, diripit, incendit.

[5] Itaque revocatus Belisarius, confecto bello

suntham à Gothis interemptus est, anno regni tertio. Apud Cassiodorum lib. 10. Epist. 3. Theodobaldus nominatur, ibidem reperies ejus encomium.

[1] Diac. l. 16. Iornandes l. 1. Sigebertus. Blondus decad. 1. lib. 5. Procop. l. 2.

[2] Pompon. Lætus Hildebrandum, Procop. Theutibaldum vocat. Sequitur cum Diaconus, Sigeberto Eldebades indigitatur.

[3] Procop. lib. 3. belli Gothici. Evagrius lib. 4. c. 20. Sabellicus. Enn. 8. l. 3. Blondus decad. 1. l. 6.

[4] *Totilas.*] Hic appellatus fuit *flagellum* mundi, à quo urbs Roma capta, direpta & incensa fuit, ita tandem *Totilas* urbem Romam veterem delevit cujus hodie non nisi rudera & ruinæ extant.

[5] Iornandes l. 1. Totilas

bello Parthorum, qui Syriam denuo vastabant, revertitur in Italiam, & urbem propè desertam recreat. Inde cum hoste congressus, feliciter prœliatur, & annonæ causa, navigans in Siciliam, à Justiniano revocatur, quæ quidem res occasionem Totilæ præbuit, ut restauratis viribus Romam rediret.

[1] Cæsar deinde Narsetem Eunuchum Italico bello præficit, qui Gothos omni expulit Italia, quod eò facilius fuit, cum Totilam regem ex vulnere mortuum illi amississent.

[2] Bellum illud Gothicum, in annos octodecim fuit productum.

[3] Justinianus ergò, recuperata Italia & Africa, *quum ex filia nepotem Justinum imperii socium assumpsisset, mortem obiit.*

[4] Sunt qui socordis ingenii principem & uxoris imperio Theodoræ subjectum fuisse tradunt.

[1] Erat

las Iornandi Badiula, seu potius Dadiula nominatur.

1 Procop. de bello Gothico lib. 3. Agathias in sua historia Gothica. Pomponius Lætus.

2 Procop. lib. 3. belli Gothici, Sabell. Ennead. 8. l. 4. Blondus Decad. 1. lib. 7.

3 Suidas literarum rudem fuisse scribit. *Zonaras tomo 3. scribit, eum adeo immodico ædificandi studio flagrasse, ut & stipendia artium liberalium magistris, jam olim constituta sustulerit, ut haberet sumptus, quem in ædificationes profunderet.*

4 *Sunt qui.*] Multa falsa de hoc Imp. Justiniano & ex odio conficta

[1] Erat apud eum in ſumma gratia Tribonianus Jureconſultus, qui veterum ſcriptis ac diſputationibus abolitis, legum centones ex illis collegit, & fragmenta nobis tantum reliquit, quæ nunc Pandectarum nomine cenſentur. Ejus autem operis quoſdam habuit adjutores, qui paſſim nominantur.

Idem poſtea fecit in principum reſcriptis atque legibus, quas tribus libris comprehenſis, Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano, contraxit in unum volumen, & Juſtinianeum Codicem vocat, uſus aliorum opera, quos in ejus libri præfatione Cæſar enumerat.

Sunt authores, qui Tribonianum fuiſſe hominem avarum, & pretio fixiſſe leges, ut ille ait, ac refixiſſe tradunt.

[2] In eo, quem diximus Codice, quamplurimæ ſunt Juſtiniani leges, quæ ſuperioribus derogant: acceſſit etiam opus peculiare Novellarum conſtitutionum, quod per omnia Juſtiniani nomen atque titulum habet.

Eum,

traduntur, veluti quod fuerit literarum rudis, obnoxius imperio uxoris Theodoræ, prodigus & quæ alia ipſi objiciuntur, ſed ſi omiſſo præjudicio loqui velimus, fuit unus ex optimis & feliciſſimis imperatoribus.

[1] Procop. lib. 1. de bello Perſico. Suidas in dictione Tribonianus. Alciatus lib. 4. c. 7. Ægidius Porrinus Aromarenſis in vita Juſtiniani Imperatoris.

[2] Tzetzes Chiliad. 41 variar. hiſt. Habet idem Petrus Crinitus l. 9. c. 6. de honeſta diſciplina, & Johan-

Eum, quem dixi, Beliſarium, quo duce tot tamque glorioſas] conſecutus erat victorias, *ignominioſiſſimè tractavit Cæſar, & valde ſenem excæcavit etiam.*

[1] Ipſo regnante, Conſtantinopoli fuerunt aliquot habitæ Synodi, quibus Menna præerat, ejus urbis Patriarcha, qui ſanctiſſimus & beatiſſimus vocatur, & Oecumenicus, ut ipſorum habent libri.

[2] *Initio codicis Epiſtola ponitur Cæſaris ad Johannem Archiepiſcopum urbis Romæ, qua caput ipſum vocat omnium Eccleſiarum, eique ſubjicit omnia.* Porrò, quanquam homines docti commentitiam eſſe judicant, tamen, etiamſi vera eſſet, certum eſt, controverſiam illam duraſſe multis poſt annis, *donec tandem Epiſcopi Romani, facultatibus amplificati, pervincerent, & in Eccleſiæ poſſeſſione ſibi conſtituerent arcem, quæ manibus hominum exædificata,*

Johannes Jovianus Pontanus l. 2. de fortitudine domeſtica c. 8. Alciatus vero l. 4. parergon c. 44. totum hoc falſum eſſe demonſtrare conatur. Virtutes Beliſarii commemorat Suidas, in voce Beliſarius. *Originæ Germanum fuiſſe, docet prœmium Joan. Leoncl. in Zoſim.*

[1] Evagr. lib. 4. cap. 37. Niceph. l. 17. c. 27. & 28. Tomo 2. concilior. Synodi quinta Conſtantinop. Actione 2. factæ à Menna Patriarcha Conſtantinop. & alii.

[2] Cod. lib. 3. tit. 1. ſect. Reddentes honorem. De epiſtolis mutuis Juſtiniani Imperatoris & Johannis Papæ Romani dubitarum

ficata, seu favore principum, nunc titulum habet, quasi divinitus eò sit collocata.

[1] Diximus antea, quemadmodum Augustini tempore sextum fuit habitum Carthaginense concilium, in eoque fraus deprehensa Paparum, Bonifacii primi & Celestini, quando Niceæ constitutum fuisse dicebant, ut ad ipsos ex omnibus undique locis provocaretur. Justiniani verò tempore Romæ erat Episcopus, Bonifacius II. Hujus exstat epistola, qua graviter taxat Aurelium, qui superiori concilio, Carthaginis fuerat Episcopus, eumque cum suis collegis impugnasse Romanam Ecclesiam ait, instigante Diabolo: simul Deo gratias agit, quod hujus temporis Episcopus Eulalius, Aurelii successor, cum Ecclesia Romana redierit in gratiam. Deinde scriptum Eulalii recitat, quo profitetur ille, se damnare suos majores & successores, quicunque sanctæ Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ privilegia labefactare conantur.

[2] Alter à Bonifacio, Agapetus, Anthemium Patriarcham Constantinopolitanum loco

tum fuit omnibus temporibus: legatur Alciatus l. 5. parerg. c. 23. Cujacius observat. 32. cap. 26. Franciscus Hotomannus l. observat. 7. cap. 2.

[1] 2. Tomo concil. ad Eulalium Alexan. Episcop. pag. 544.

[2] Niceph. l. 17. c. 9. Diacon. lib. 16, 23. q. 4. Belisarius, Evagrius l. 4. cap. 18. Niceph. lib. 17. c. 10. variat. Procopius Syl-

loco removit, negantem duas naturas in Christo: tulit hoc in primis ægrè Theodora, uxor, & Sylverium Agapeti successorem monuit per Belisarium, ut illum restitueret: cum etiam aliæ quædam criminationes accederent, Belisarius eum loco dejicit, & in exilium mittit, subrogato Vigilio: sed cùm & iste, Constantinopolim evocatus, Anthemium nollet revocare, consimili pœna fuit mulctatus: unde satis apparet, quomodo in Cæsarem tunc potestate fuerint urbis Romæ Episcopi.

[1] Justino II. Cæsare renovatú est bellú Persicum, quod cum primùm feliciter gereretur, Cæsaris legatus, Archelaus, pace denuò fecit.

[2] Narses Cæsaris per Italiam legatus, expulsis Gothis & mortuo Totila, per annos XVI. obtinuit Italiam: pòst revocatus à Cæsare, quum parum lætas accepisset literas, & ingratitudinem in iis reprehenderet, non solùm non revertit, verùm etiam ulciscendi sui causa missis legatis, 3 Longobardos, qui tunc in Pan-

Sylverium relegatum scribit propter suspicionem defectionis ad Gothos, lib. 1. belli Gothici. Blondus l. 7. decad. 1. Vigilium carceri inclusum, socios, partim relegatos, partim ad metalla damnatos, tandem tamen liberatos esse cõmemorat.

[1] Diacon. l. 16. Evagrius l. 1. c. 7.

[2] Paulus Diacon. de gestis Longob. lib. 2. c. 5. Regino lib. 1. Pomp. Lætus. Frisingens. l. 5. c. 5. Sigebertus Jovius lib. 1. Elogiorum.

[3] *Longobardos.*] *Narses* fortissimus belli Gothici.

Pannonia conſederant, maximis propoſitis emolumentis, excitavit, ut, Pannonia relicta, in Italiam venirent, omnium regionum & pulcherrimam & fructuoſiſſimam. Itaque partem illam Italiæ, quæ nomen ab ipſis ad hoc uſque tempus retinet, occuparunt.

[1] *Juſtinus hic per Italiam inſtituiſſe ſcribitur magiſtratum,* [2] *Exarchum: is erat tanquam Cæſaris vicarius atque legatus:* Ravennæ potiſſimùm habitabat, neglecta Roma: *ſinguliſque civitatibus & oppidis unum aliquem præficiebat.*

[3] Itali ſcriptores novum hoc inſtitutum, Romæ ac Italiæ fuiſſe tradunt exitiale. Narſes deinde Romæ mortuus eſt.

[1] Juſtithici duxerat, Spado hic à Sophia uxore Juſtini ſecundi contumelioſè tractatus, evocavit ex Pannonia in Italiam Longobardos qui Romanis pulſis ibidem condiderunt regnum Longobardicum, quod uſque ad tempora Caroli M. duravit, unde hodie magna pars Italiæ *Lombardia* vocatur.

[1] Blondus lib. 8. Decad. ultima. Primus Exarchus nominatur Longinus Græcus: ſed Palmerius Patricium Romanum primum talem magiſtratum ſuſcepiſſe ſcribit. *Duravit illa dignitas annis 64. ſive, ut alii volunt, 124.* Blondus lib. 10. Decad. 1.

[2] *Exarchum*] Sub Juſtino ſecundo inſtitutus. *Exarchatus Italiæ; Exarchi* e aut quos hodie dicimus *Archiduces*, ſedem habebant in urbe Ravenna.

[3] Narſetem in exilio defunctum commemorant omnes, mortui verò cor-

[1] Juſtini ſucceſſor fuit [2] Tiberius jam antè cooptatus, & Imperii factus collega. Is contra Perſas bis feliciter pugnavit: pacem cum Longobardis fecit, qui tum, inde à Samnitibus, ad Alpes uſque regnabant, excepta tantùm urbe Roma, quam ubi graviter obſedíſſent aliquandiu, vi tempeſtatis & imbrium coacti, tandem caſtra moverunt.

[3] [4] Tiberii gener, Mauritius, factus Cæſar, per legatos præliis aliquot fudit Perſas, ac demum pacem cum iis fecit: revocato exercitu Scythas expulit è Myſia: Longobardos per Italiam repreſſit: Hunnos è Pannonia ejecit: *propter avaritiam exoſus militi, coactus eſt, orta ſeditione, profugere Chalcedonem.* Ibi tandem cum uxore, & liberis, *omnique ſtirpe fuit inter-*

corpus in loculo plumbeo cum omnibus ejus opibus Conſtantinopolim portatum ſcribit Paulus Diaconus l. 2. de geſtis Longobard. cap. 11. Idem eodem libro, cap. 3. pietatem ejus prædicat, ſicut Evagrius etiam l. 4. c. 24. Suidas ingenium & corporis habitum deſcribit.

[1] Diacon. lib. 17. Evagrius lib. 5. c. 14. Niceph. l. 18. c. 2, & 3. Pompeius Lætus.

[2] *Tiberius.*] *Tiberius* cujus nominis ſecundus princeps juſtus pius atque benevolus.

[3] Diac. l. 17. Niceph. l. 18. c. 6, 7, & 8. Pomp. Lætus. Niceph. lib. 18. c. 40.

[4] *Tiberii gener.*] Hic *Mauritius* infelix bellum contra Hunnos Avares geſſit, nam cum duo millia militum capta ab Hunnis exigua pecunia redimere nollet, rebellant

interfectus à Phoca Centurione, qui per seditionem deinde salutatus est Imperator.

[1] Mauritio regnante, cometa senis mensibus apparuisse: *Tunc etiam natus esse traditur Mahometus, de quo paulò post dicetur.*

[2] Eo tempore Constantinopolitanus Episcopus Johannes, universalem se vocabat Patriarcham: Pelagius verò secundus, Episcopus Romanus, vehementer obstitit, ejusque decreta pronunciavit irrita.

[3] *Qui successit huic, Gregorius primus, graviter hoc ipsum in illo reprehendit, & in concilio Chalcedonensi titulum hunc atque honorem suis majoribus attributum quidem fuisse, verùm ex ipsis neminem usurpasse dicit.*

[4] *Datis etiam literis ad Mauritium Imperato-*

exercitu, cum liberis & uxore capite fuit truncatus à Phoca centurione & in tanta calamitate hoc tantum dixit, *Justus es domine & justa sunt judicia tua.*

[1] Niceph. l. 18. c. 35. Diac. lib. 7. Palmerius in Chronico. Blondus lib. 6. decadis 1.

[2] *Johannes hic à vitæ sobrietate jejunator nominatur l. 17. c. 36. & l 18. cap. 34.* historiæ Ecclesiasticæ Nicephori: primatum sibi arrogavit in Concilio Constantinopolitano, teste Gregorio Magno lib. 4. indictione 13. Epist. 36. *sed Pelagius Episcopus Romanus missi. Creta cassavit*, ibidem Epist. 37. Vide 2. tomo conciliorum, Epistola prima Pelagii secundi Papæ, pag. 842.

[3] Gregorius l. 4. indictione 13. epist. 36, & 38. item lib. 17. indictione 1. Epist. 30.

[4] Gregorius lib. 4. indictio-

ratorem, hortatur ut illum coerceat: nam ad ipsius authoritatem hoc quoque pertinere, quam ille, dum talem sibi potestatem sumit, multum imminuat.

[1] *Alter autem post Gregorium* [2] *Bonifacius III, à Phoca scribitur obtinuisse primatum, divulgatis in eam rem edictis atque diplomatis.*

[3] Phoca rerum potiunte, Persæ magnis incommodis Rempublicam affecerunt, occupata Mesopotamia & Assyria; & nemine resistente, in Asiam usque progressi; tanta erat principis ignavia. Sed & Germania, Gallia, Hispania, bonaque pars Italiæ defecerunt. Ægyptum vastabant Saraceni: sic ille, propter crudelitatem & neglectam Rempublicam, [4] occisus, Heraclium habuit successorem.

[1] Tunc

dictione 13. Epist. 33.

[1] Blondus Decad. 1. l. 9. Adon. Viennensis ætate 6. Beda de ratione temporum. Regino Frumiensis l. 1. Frisingensis lib. 5. c. 8. Urspergensis. Platina in vita Bonifacii tertii.

[2] *Bonifacius III.*] Primus fuit qui hodiernum Papatum fundavit circa annum Christi sexcentesimum sextum atque ab eo perpetua serie deducitur Antichristi regimen.

[3] Diacon. lib. 17. Zonar. tomo 3. Beda de ratione temporum, Nicephor. lib. 18. cap. 56. Pomp. Læt.

[4] *Occisus.*] Phocas captus ab Heraclio exsectis pudendis ac manibus pedibusque amputatis vivus in candente fornace fuit combustus: ita Imperator factus fuit Heraclius

[1] Pomp.

[1] Tunc iterùm Perſæ longiſſimè progreſſi ex Ægypto, Africam invadunt, & ſuæ ditionis efficiunt: Europam variè lacerabant Scythæ: profectus tandem in Aſiam Heraclius, cum pacem impetrare non poſſet, parum etiam honeſtis nomini Romano propoſitis conditionibus, penè coactus decertavit cum Perſis, qui jam Judæam vaſtabant, eoſque uno aut altero prælio fudit: inde Tigrim flumen tranſgreſſus, & Perſiam longè latéque populatus, amicitia demum inita cum Perſarum regis filio Sirocho, qui necato parente, regnum invaſerat, Africam, Ægyptum, & quicquid omninò Perſæ occupaverant, recepit, pactumque fuit, ut Perſicam ditionem à Romana ſepararet Tigris.

[2] *Ad hoc tempus*, [3] *Saraceni*, *Heraclio militantes*, *quum ſtipendiis fraudarentur*, *maxima multitudine deficiunt*, & [4] *Mahometo duce*,

[1] Pomp. Lætus. Sigebertus.

[2] Diac. l. 18. Sigebertus. De Saracenorum origine, incrementis & imperio videatur Cœlius Auguſtinus Curio lib. de hiſtoria Saracenorum. item Wolfgangus Drechſlerus in compendio hiſtoriæ Saracenicæ.

[3] *Saraceni.*] Fuerunt *Saraceni* natione Arabes, qui latrociniis ſuis Judæam ac vicinas regiones graviter affligebant, unde etiam, Saraceni & prædones dicti fuerunt: nam *Saraca* Arabice prædari ſignificat.

[4] *Mahometo.*] Apud hos Muhammed prophetam jactare cœpit, ac novam religionem inſti-

tuit,

ti, per Syriam graſſati, Damaſcum occupant, Ægyptum vaſtant, Arabiam ſubigunt, & in Perſas quoque feliciter præliantur.

[1] Fuit Mahometus [2] obſcuro genere natus, verùm aſtutus & audax, poſt etiam locupletatus matrimonio: cumque propter animi promptitudinem authoritate valeret, *novum doctrinæ genus, rationi valde jucundum, ſed magna ſui parte ridiculum & ineptum propoſuit,* quo ſic animos hominum magis atque magis devinciret, & regnum ſibi firmius conſtitueret: *& quanquam initio facile potuiſſet hoc incendium reſtingui: tamen quia neglectum fuit, brevi tempore crevit in immenſum:* ab eoque tempore, magis atque magis populi Romani majeſtas & Imperium, ad orientem ſolem, interiit, deficientibus aliis provinciis atque populis.

[3] Hera-

tuit, conſcripto libro qui vocatur Alcoranus. Hic Mahometh vaſtiſſimum per orbem terrarum fundavit imperium, ac Chriſtianam religionem in Aſia & Africa fere totam exſtinxit, ejus hodie ſucceſſores ſunt Turcæ, Perſæ, Tartari, Indi & Mauritani. Prodiit Mahometh anno Chriſti ſexcenteſimo vigeſimoſecundo ab hoc anno tempora ſua numerant Mahometani ſicut Chriſtiani à nato Chriſto.

[1] Liber de generatione Mahometi, & Chronicon Saracen. Zonaras tomo 3. Chalcocondiles l. 3.

[2] *Obſcuro genere.*] Mahometh fuit in juventute Agaſo vel Camelorum ductor ac mercaturam in Ægypto exercuit. Poſtea duxit

[1] Heraclio regnante, quartum fuit Concilium Toletanum.

[2] *Et quia per Hiſpaniam plerique ſacerdotes precationem, quam Chriſtus ipſe nos docuit, non quotidie, ſed eo die ſolum orabant, quem Dominicum vocamus, decretum inter alia fuit, ut id corrigeretur: item ut Apocalypſis Johannis Euangeliſtæ, ſicut aiunt, à Paſchate doceretur in templis, ad uſque Pentecoſten.*

[3] [4] Regnabant tunc in Hiſpaniis Gothi, cumque dominationis externæ, ſicut fieri ſolet,

duxit prædivitem uxorem, nomine *Chadiecha*, ejuſque opibus inſtructus prophetari cœpit, ac novam religionem condere, præcipue v. Saracenos ſibi conciliavit, ac ab illis adjutus regnum in Arabia & Syria fundavit.

[4] Tomo 2. concil. pag. 63. Johannes Magnus hiſtoriæ Gothicæ lib. 16. p. 17.

[1] Canone 9. pag. 70. & Canone 16.

[2] Concilii 5. Canone 3, & 4. & Concilii 6, Canone 7, 18, & 74. pag. 76.

[3] *Regnabant.*] De adventu Gothorum in Hiſpania ſupra diximus. Tota nobilitas Hiſpanica hodieque originem ſuam derivat à Gothis. Ultimus Rex Gothorum in Hiſpania fuit *Rodericus*, ſub quo regnum Gothicum à Saracenis Africanis fuit deſtructum: quippe cum Rex Rodericus ſtuprâſſet Cabam filiam comitis Juliani, Saracenos ex Africa in Hiſpaniam evocavit, à quibus Rodericus magno prælio fuit ſuperatus & interfectus: ita tota Hiſpania uſque ad montes Pyrenæos in poteſtatem Saracenorum pervenit, miſeris Gothorum reliquiis hinc inde in montibus deliteſcentibus, obtinuerunt Saraceni Hiſpaniam per 700. annos.

let, Hiſpani pertæſi, res novas captarent, *gravi pœna Synodus edicit, ne qua conjuratio fiat in Gothicam gentem, atque mortuo rege, primores totius generis atque ſacerdotes communi conſilio ſucceſſorem conſtituant. Idem pòſt in aliquot ipſorum conventibus repetitum.*

[1] Prohibetur etiam, ne per quadrageſimæ tempus, uti vocant, Hebræum illud Alleluia cantetur in templis; nam eſſe mœſtitiæ tempus illud, non lætitiæ.

[2] Heraclio ſucceſſit Conſtans, è filio Conſtantino nepos: hic infeliciſſimè mari pugnavit cum Saracenis, qui victoria potiti, Rhodum occuparunt, longius haud dubiè progreſſuri, niſi factiones inter ipſos ortæ, biennii inducias à Romanis impetraſſent. Eo dato reſpirandi ſpacio, Cæſar cum exercitu tranſmiſit in Italiam, quo ab hoſtibus eam liberaret, ut quidem jactabat: cumque Tarentum eſſet delatus, Luceriam & alia quædam Apuliæ loca, ditionis Longobardorum, expugnat & evertit. In itinere, cum Neapolim iret, poſtremum agmen cæſum fuit à Longobardis.

[1] Ro-

annos & demum anno Chriſti milleſimo quadringeſimo nonageſimo ſecundo penitus fuerunt domiti, unde hodierni Hiſpani, quoad maximam partem trahunt originem à Mauris Saracenis, hodieque per contemptum vocantur Marani.

[1] Concilii quarti Canone 10. pag. 70.

[2] Diacon. lib. 8. Zonaras tomo 3. Regin. l. 1. Pau-

1 Romam placidè ingreſſus, omnibus tandem ornamentis eam ſpoliat, & paucis diebus ibi commoratus, in Siciliam trajicit.

2 Ibi demum 3 in balneo fuit interfectus: cumque poſt ejus mortem de ſucceſſione eſſent nata diſſidia, Saraceni nacti eam occaſionem, magna cum claſſe ingrediuntur Siciliam, vaſtam edunt hominum ſtragem, Syracuſas capiunt, & prædam omnem Conſtantis ablatam ex urbe Roma, ſecum aſportant.

4 Conſtanti ſucceſſit 5 Conſtantinus quartus, vulgò dictus Barbatus: hic per annos aliquot cum Saracenis congreſſus, tandem eos fudit, ita quidem, ut pacem illi peterent, & inducias armorum annos xxx, ſimulque vectigal an-

Paulus Diaconus de geſtis Longobard. l. 1. c. 10.

1 Regin. lib. 8. Sigebertus. Sabellicus Ennead. 8. lib. 9.

2 Diacon. Zonaras tomo 3. Regin. lib. 1. Blondus Decad. 1. lib 9. Nauclerus generat. 23. Diacon. lib. 5. c. 13. de geſtis Longobardorum.

3 *In balneo.*] Conſtantinus Imp. in balneo in Sicilia aqua fervente plenis ſitulis capiti ipſius impactis, fuit interfectus.

4 Diaconus lib. 9. Zonaras tom. 3. Sigebert. De tributo conſentiunt Zonaras & Diaconus. De equis & ſervis variant. Hic enim quinquaginta, ille octonos tantum nominat.

5 *Conſtantinus.*] Superati fuerunt Saraceni prælio navali ap. Conſtantinopolim ſed arte potius quam marte, quippe quidem *Callinicus* artificioſos ignes præparavit quæ in ipſis aquis ardebant, & illis totam claſſem Saracenorum com-

annuum pacíſcerentur: ea re commoti, qui erant ad Occidentem ſolem, populi Romani hoſtes, pacem quoque petebant.

[1] Bulgari autem ſuis finibus egreſſi, Thraciam vaſtabant: cum his tandem pacificatum eſt, & conceſſa illis utraque Myſia: tametſi poſtea, cum ignaviam Romanorum deprehenderent, violata pace, rurſus evolarunt: & imperii vires attenuabant.

[2] *Hic Cæſar omnium primus conſtituiſſe traditur, ut, quem clerus populuſque Romanus cum exercitu creaſſet civitatis Epiſcopum, is plenam obtineret poteſtatem. Nam ad hoc uſque tempus, Epiſcopi Romani dignitas, vel à Cæſaris, vel ab ejus per Italiam vicarii confirmatione pendebat.*

[3] Exſtat ad Conſtantinum, Papæ Leonis II. Epiſtola prolixa, qua damnat omnis generis hæreticos; & ipſum propter ſtudium ac patrocinium religionis, & liberalitatem atque munificentiam ſummis laudibus extollit, & Eccleſiam,

combuſſit, unde tales ignes hodie vocantur *ignes Græci*.

[1] Diacon. lib. 19. Zonar. tomo 3. Sigebert. Aventinus lib. 3. annal. Boiorum.

[2] Sabellic. Ennead. 8. lib. 6. Blondus Decad. 1. lib. 6. Platina in vita Bened. Polydorus Virgilius lib. 4. cap. 10. hanc legem ſcribit haud diu ſervatam eſſe.

[3] Tomo 3. concil. initium Epiſtol. 1. Regi regum, p. 171. Diac. lib. 19. Zonar. tom. 3.

1 De

eleſiam, quæ talem ſit nacta propugnatorem, planè triumphare dicit.

[1] Eo regnante, Synodus fuit ſexta Conſtantinopoli, centum quinquaginta Epiſcoporum.

[2] *In ea ſub finem ipſum fit mentio canonum, qui dicuntur Apoſtolorum*, ſed obſcuris verbis:

[3] Gratianus autem contrarias opiniones recenſet, nam dicit eſſe, qui conſcriptos, ab hæreticis, & ab Eccleſia veteri repudiatos affirment, & inter Apocrypha numerent. Zepherinus autem Epiſcopus Romanus, ordine decimus ſextus, approbaſſe illos dicitur, & poſt eum, iſta, quam dixi, Synodus, quam Juſtiniani II. tempore, qui filius erat Conſtantini quar-

[1] De numero Patrum, qui ad hanc Synodum convenerunt, variant authores. Regino lib. 1. & Beda de ratione temporum numerant 150. Diaconus l. 19. Ivo in Chronicis, Simoneta l. 1. c. 26. nominant 280. in catalogo ſubſcriptorum exſtant 162. Chronicon Martini trecentos minus uno habet.

[2] Tomo 3. concil. in Decretis Synodi 6. Conſtant. titulo de Canone. Apoſt. pag. 393.

[3] Fr. Sixtus Senenſis in Bibliotheca ſancta lib. 2. de Canonibus Apoſtolicis ſic ſcribit: Iſidorus tantum 50. recenſet. Sexta Synodus Canone 2. probat 85. tametſi non ſint niſi 84. Sed duodecimus Latinus eſt in codice Græco in duos diviſus. Zepherinus quingentis annis quinta Synodo prior, ſexaginta tantum Canones admittit. Leononus, trecentis & quinquaginta annis poſterior, ſexta Synodo ad Michaelem patriar-

quarti, tradunt abſolutam fuiſſe. Breviter, incertis rationibus omnia fluctuant. Sed & de numero Canonum non convenit, alii namque L. alii LX. ponunt: alii LXIIII. *& eo quidem numero exſtant: unde facile conjici poteſt, paulatim additos fuiſſe plures, & uno poſtea nomine comprehenſos, cum à diverſis emanaſſent.*

[1] *Tunc etiam Archiepiſcopus Ravennas Epiſcopo Romano ſe ſubjeciſſe fertur, quum antea, maximè verò poſt eò tranſlatum Exarchatum, nihil Romano concederet.*

[2] Conſtantino ſucceſſit 3 Juſtinianus filius: is per ætatem & imperitiam malè rempublicam gerebat, & violata pace, quam ejus pater cum Saracenis fecerat & Bulgaris, eò demùm redactus eſt, ut pacem ab utriſque cogeretur ipſe petere. Tandem ob crudelitatem ejectus, & præciſis naribus relegatus, Leontium habuit ſuc-

wiercham to idem enumerat. Hæc Fr. Sixtus. Pro horum Canonum defenſione luculentum librum edidit Franciſcus Turrianus Jeſuita.

[1] Sigeb. Eccleſia Ravennas à Romana multis ab annis ſegregata, Allocephalis dicta eſt, ut Platina in vita Dom. 1. Papæ Rom. Theodorus autem Epiſcopus Ravennas ſedem ſuam Romano Epiſcopo ſubjecit. Occaſionem explicat Blondus Decad. 1. lib. 9. Sabellicus. Enn. ad S. lib. 7.

[2] Zonaras tomo 3. Sigebert. Diacon. lib. 9.

[3] *Juſtinianus.*] Hic vocatur *Juſtinianus* cognomine *Rhinot metus* id eſt, cum præciſis naribus, quippe naſus ipſi fuerat abſciſſus ab hoſtibus,

ſucceſſorem, qui propter affectati Imperii ſuſpicionem per biennium fuerat captivus.

[1] In his moribus Africam invadunt Saraceni: ſed biennio poſt illinc ejecti fuerunt, commiſſo prælio:

[2] Milites Romani præſidio in Africa relicti, quum lentè & ignavè omnia adminiſtrarentur à Cæſare, veriti ne à Saracenis, quorum tunc erat ingens potentia, rurſus ejicerentur, Tiberium quendam faciunt imperatorem. Is cum copiis profectus Conſtantinopolim, & urbe potitus. Leontium capit, naribus truncat, in catenas conjicit, & per Italiam novum conſtituit Exarchum.

[3] Et cum ad hunc modum tumultuosè omna fierent, Saraceni tempus idoneum nacti, maximiſque cum copiis ex Ægypto profecti, Africam rurſus occupant, & Libyam & Hiſpaniam propè totam.

[4] Is, quem ſupra dixi, Juſtinianus, à Leontio Imperatore ejectus & relegatus, Trebellii Bulgariæ regis auxilio Conſtantinopolim tandem occupat, & Leontium Tiberiumque captos

bus, unde quotieſcunque nares emungebat aliquem ex hoſtibus occidi juſſit.

[1] Diacon. lib. 20. Zonaras tomo 3.

[2] Zonaras tomo 3. Tiberio huic Abſimaro nomen fuit, quod repudiavit: ut Diaconus l. 20. & poſt eum Egnatius ſcribit.

[3] Blondus Decadis 1. lib. 20.

[4] Diac. l. 20. Sigebertus.

ptos interfecit: per annos deinde ſex crudeliter imperavit, ingratus etiam in Trebellium regem: tandem commiſſo prælio cum Philippico Bardane, ad quem exercitus defecerat, occubuit tum ipſe, tum filius Tiberius.

[1] Philippicum Conſtantius Pontifex ob diverſam religionem, pronunciat ſchiſmaticum, tandem à ſuis exoculatus Cæſar, Anaſtaſium II. habuit ſucceſſorem.

[2] Is claſſem inſignem miſit Rhodum, belligerandi cauſa cum Saracenis, eique bello quendam ordinis Eccleſiaſtici virum præfecit: ſed cum ei parere milites recuſarent, orta ſeditione, factus eſt imperator quidam obſcuri generis Theodoſius, qui mutata navigatione Conſtantinopolim venit, urbem occupat, & Anaſtaſium prælio victum, ſacris addicit: ſed non multò poſt ejectus à Leone, copiarum præfecto, vitamque monaſticam fuit amplexus.

[3] *Ad hoc tempus, quod erat anno ſalutis ſeptingenteſimo decimo ſeptimo, Mauritani totis viribus irruunt in Hiſpaniam, & ſuæ ditionis illam faciunt, Roderico Hiſpaniarum rege, quem etiam Gothi elegerant.*

1 2 Leo-

tus. Suidas in voce Bulgari, Terbelin vocat. Zonaras tomo 3.

[1] Regino lib. 1. Sigebertus. Anaſtaſius hic alio nomine Artemius appellatus fuit. Diaconus l. 20. Zonaras tomo 3.

[2] Diac. lib. 20. Zonar. tomo 3. Regino lib. 1. Fr ſingenſis l. 5. c. 17.

[3] Blondus Decad. 1. lib.

[1] [2] Leone regnante, Saraceni, vastata Thracia, Constantinopolim per triennium obsident terra marique, tandem pestilentia propè consumpti, domum redire coacti sunt.

[3] Erat Leo valde infestus Episcopo Romano, Gregorio II. suoque per Italiam Vicario, sive Exarcho, mandaverat, ut illum, quocunque modo, tolleret è medio: *Papam verò defendebant Longobardi, non quidem illius charitate quadam, sed ut in eo dissidio suos ipsi fines amplificarent: nam Exarchatus oppida multa per hanc occasionem occuparunt.*

[4] Hujus Gregorii quædam exstant Epistolæ ad clerum & plebem Thuringiæ, monentes, ut in cognitione Dei magis atque magis proficiant: Item ad Saxones, graviter eos deter-

lib. 10. Johan. Gothus lib. 16. cap. 27. ad annum 714. refert.

[1] Diacon. l. 21. Zonar. concil. 3. Frisingensis l. 5. c. 18. Sabellicus Ennead. 8. lib. 7. Blondus Decad. 1. lib. 10.

[2] *Leone.* Hic enim Imp. *Leo* qui vocatur *Isaurus* & *Iconomachus* propterea quod omnes statuas Christi, Mariæ & aliorum templis deexturbari jusserit, atque ita cœpit controversia de imaginibus, quas alii tolerandas alii non tolerandas statuebant.

[3] Paulus Diac. lib. 21. Sigebert. Blondus Decad. 1. l. 10.

[4] Tomo 3. concil. p. 413. edit. Venetæ. Ibid. pag. 414. Bonifacius hic, Wunnefridus antea vocatus, natione fuit Anglus, Cridioduni in patria Devoniensi natus, Balæus, Jacobus Cutio Londæ natum asserit, & Munzerus in Chronographia

terrentes ab Idolorum cultu: [1] Bonifacio quodam fuit usus in his rebus administro, quem à Germaniam emiserat.

[2] *Leo Cæsar statuas omnes, & divorum imagines è templis ejicit, Papæ quoque mandat, ut idem faciat; ille verò, non modo non morem gerit, sed illi, in suo proposito perseveranti, graves pœnas denunciat.*

[3] Leoni successit filius [4] Constantinus, ejus nominis quintus, cognomento Copronymus, ejusdem cum patre religionis. Hic magna cum classe profectus in Saracenos, ut Alexandriam Ægypti recuperaret, accepto nuntio de seditione, dominatu, & Artabasto, novo Imperatore electo, Constantinopolim revertit, urbem vi capit, & Artabastum exoculat.

[5] Huic etiam, sicut parenti Leoni, grave fuit cum Episcopo Romano Gregorio III, dissi-

phia affirmat, eum Ricardi regis Anglorum fuisse fratrem.

[1] *Bonifacio.*] Hic fuit natione Anglus ac magnam partem Germaniæ ad fidem Christianam convertit, unde *Germaniæ Apostolus* vocatur.

[2] Diacon. l. 6. c. 40. de gest. Longob. Frisingensis l. 5. c. 18.

[3] Diac. l. 22. Sigebert. Zonar. tomo 3. Blondus Decad. 1. l. 10.

[4] *Constantinus.*] Quippe cum baptizaretur aquam stercore contaminavit, unde cognomen *Copronymi* accepit, fuit etiam infensissimus hostis imaginum & statuarum.

[5] Tom. 3. concil. in hist. Gregor. III, pag. 418.

dissidium: qui subinde missis internunciis, eum excommunicabat, & cum in vincula conjicerentur nuncii, collecta Synodo, decretum fecit, ut, qui posthac divorum imagines demolirentur, aut contumeliosè tractarent, ab Ecclesiæ consortio planè rejicerentur, deinde omni studio & opera statuas in variis templis erexit, & magnificè, quantum potuit, exornabat.

[1] A Gregorio III, fuit Zacharias. Hujus exstat ad Episcopum quendam Bonifacium Epistola, qui per Germaniam erat ille ipse, ut apparet, cujus opera fuit usus Gregorius II, ut paulò supra diximus. Ejus postulatis respondet Zacharias, & permittit, ut Merseburgi, Bambergæ, Erphurdiæ sint Episcopatus. Concedit etiam, ut ad Carlomannum, Caroli Martelli filium, qui in aliqua urbe regni Francorum petebat haberi Synodum, proficiscatur, & Ecclesiæ mores diligenter reformet, *inprimis autem ab ordine sacerdotali removeat adulteros, & eos, qui plures habent uxores*; cùm enim post susceptum ministerium sacrum, ne unam quidem uxorem habere, vel attrectare liceat, multò minus, ut eodem tempore plures quis habeat, licere: *nam quod Paulus ait, ut Episcopus sit unius vir uxoris, intelligen-*

[1] Tom. 3. Concil. Epist. ult. ad Bonifac. Episcop. | pag. 435. 1 Tim. 3.

1 Tom.

legendum eſſe non de præſenti, ſed de præterito tempore, ne videlicet plures habuerit, quàm unam uxorem, is qui cupit in ſacerdotum ordinem cooptari.

[1] Huic Epiſtolæ ſubjungitur Carlomanni, qui ſe Francorum ducem vocat, edictum, quo ſtatuit, ut ipſo præſente quotannis habeatur Synodus: adulteros autem ſacerdotes & ſcortatores loco ſuo moveri jubet: venationibus etiam & aucupiis illis interdicit, neve mulierem ullam domi foveant, mandat: ſed de uxoribus verbum nullum.

[2] Ab hoc tempore Aiſtulphus, Longobardorum rex, tributum annuum à Romanis petebat, gravia minatus, niſi penderent.

[3] Qui tum erat Epiſcopus urbis Romæ, Stephanus, ejus nominis ſecundus, cùm blanditiis atque donis hominem placare non poſſet, Conſtantinum Cæſarem de auxiliis interpellat, cumque nihil ab eo præſidii veniret. Pipinum, nuper factum Francorum regem, ut infra dicemus, orat, ut opem ferat.

[4] Is cum copiis in Italiam profectus, Papiam obſidet, & illum ad pacis conditiones adigit.

[1] Tom. 3. Concil. pag. 437. Habet hoc edictum Aventinus lib. 3. Annalium Boiorum.

[2] Diac. lib. 22. Sigebert. Viterbienſis parte Chronici 17. Blondus Decad 1. lib. 10.

[3] Diac. lib. 22. Friſingenſis l. 5. c. 25. Urſpergenſis.

[4] Regino l. 2. Friſing. l. 5.

git: cum autem domum revertisset, hostis ferocior factus iterum arma movet. Qua re denuo solicitatus, in Italiam Pipinus venit: tunc demum Aistulphus exarchatum Pipino tradit: qua quidem in regione hæ sunt urbes primi nominis, Ravenna, Favemia, Cæsena, Forum Livii, Forum populi, Bononia, Rhegia, Parma, Placentia.

[1] *Regionem hanc omnem Pontificis fidei Pipinus permisisse fertur, quum Cæsar antea rogasset, ut eam sibi restitueret, quod esset Imperii, non Ecclesiæ Romanæ.*

[2] Constantino successit filius [3] Leo IV. Is unicam suscepit profectionem in Syriam: repulsus domum redlit, neque multò post mortuus est, ejusdem cum patre religionis, filio relicto Constantino sexto. Sed cum is per ætatem regere non posset, mater ejus Irene rempublicam gerebat: ille autem grandior factus, dejecta matre, cœpit insolenter admodum & acerbè regnare; cumque idcirco conjurationes in ipsum fierent, inter alios mulctavit etiam Nicephorum patruum, & exoculavit.

[1] Tan-

l. 5. c. 25. Urspergensis Sabellicus. Enn. 8. lib. 1. Palæus centuria 2. c. 5. Adon. ætate 6.

[1] Regino lib. 2. Blondus Decad. lib. 1. Antonius titulo 14. cap. 1. parag. 3. Æmil. 2.

2 Diac. lib. 5.

[3] *Leo* IV.] Leonis IV. filius fuit *Constantinus* 6. qui sub tutela matris suæ Irenes regnum gubernavit, ac tandem à matre sua

[1] Tandem & ipſe fuit exoculatus, conſilio matris, & aliquanto pòſt luctu mortuus eſt. Itaque rerum ſumma rediit ad Irenem matrem, quæ quarto demum anno ſui imperii dejecta inque exilium relegata, ſucceſſorem habuit eum, quem diximus Nicephorum.

[2] Interea dum ita Conſtantinopoli tumultuosè res aguntur, [3] celebris erat Caroli, regis Francorum fama. Nam is Aquitanico bello confecto, rogatus ab Adriano Epiſcopo Romano, cum exercitu venit in Italiam: & ſicut ipſius parens Pipinus Aiſtulphum regem Longobardorum oppreſſerat, ut ſupra dictum eſt; ita hic Aiſtulphi ſucceſſorem Deſiderium, gravem Italiæ & Adriano primo, poſt longam obſidionem cepit, ejuſque filium Adalgiſium regno dejecit, & omni expulit Italia.

[4] Nam Cæſares Romani, quoniam & longius aberant, Conſtantinopoli videlicet, inde à tem-

ſua exoculatus, mœrore animi obiit.

[1] Diaconus l. 21. Zonaras tomo 3. Friſing. l. 5. c. 28.

[2] Regino lib. 3. Eginhard. Sigebertus, Gaguinus lib. 4. cap. 1. Æmilius Veronenſis rerum Franc. lib. 2.

[3] *Celebris erat.*] Tres familiæ regnum Francorum obtinuerunt. Prima vocatur Meravingorum. 2. Carolingorum. 3. Capetingorum quæ hodieque regnat. Familiam *Carolingorum* fundavit *Pipinus* Caroli M. Pater, qui regno dejectis Merovingis ſe Regem Francorum conſtituit.

[4] Diacon. lib. 24. Sigebertus. Sabellicus Ennead.

tempore Constantini Magni, & quia non solum externis bellis, verum etiam domesticis & civilibus erant impediti dissidiis, Italiam fere negligebant, aut certè non poterant idoneè tueri, præsertim Longobardis ibi grassantibus: *deinde, ex ipsis plerique diss debant etiam graviter à Romanis Episcopis, ut ante diximus, & ipsorum odio non admodum movebantur illis Longobardorum successibus.* Hac de causa Pontifices externam defensionem circumspiciebant: & quia tum temporis nulla erat illustrior, aut potentior familia, quam Franciæ regum, propter magnitudinem rerum gestarum, idcirco ad eam, velut ad portum aliquem, rebus turbulentis, confugiebant.

Hunc etiam ad modum Adriano mortuo, cui successit Leo tertius, quum graves haberet Romæ adversarios, [1] Carolum, Pipini filium, implorabat: *qui cum ad urbem quartò venisset, à Pontifice simul & omni populo salutatus est Imperator, quod quidem accidit quo tempore Constantinopoli fervebant omnia factionibus, ita quidem, ut etiam tempus ipsum, & reipublicæ status, huic mutationi videretur causam & occasionem præbere.*

[1] Sic

nead. 8. lib. 9. Blond. Decadis 1. lib. 2.

2 *Carolum.*] Imperium *Occidentale* per 400. fere annos caruerat Imperatore, donec tandem *Carolus* M. Rex Francorum ac Longobardorum Romæ Impe-

[1] Sic igitur Occidentis Imperium ad Germanos devenit: [2] *nam Germanos fuisse Pipinum atque Carolum, dubitari non potest. Fuit hoc post natum Christum anno octingentesimo primo.*

Cæterum inde à Nicephoro, Imperatores Orientis continuis ferè bellis agitati fuerunt. Nam initio Bulgari sæpè cum illis conflixerunt: deinde Saraceni ex Africa profecti, Cretam insulam, post quoque Siciliam occuparunt, & Asiam longè latéque vastarunt: *postremò etiam Turcæ, Scythiæ populus.*

At Nicephoro autem usque ad Constantinum Palæologum postremum, circiter quinquaginta numerantur Imperatores Græci, & in his aliquot fœminæ: ex ipsis plerique fuerunt ignavi.

[3] *Et Constantino Monomacho regnante*, qui vigesimus est à Nicephoro, [4] Turcæ, ab humili

Imperator fuit declaratus anno Christi 800. Ita à Carolo M. ad nostra tempora iterum Imperatores creati fuerunt.

[1] De his legatur Zonaras tomo 1. Nicetas Choniates, Niceph. Gregorius, Chalcondiles, & alii.

[2] *Germanos.*] Carolus M. natus perhibetur in Germaniæ oppido ad Rhenum, quod vocatur *Ingelheim*, alii dicunt natum esse, in Thuringiæ oppido Fulda, nonnulli in Bavaria.

[3] Zonaras 1. Tomo. Baptist. Egnatius lib. 2. princip. Rom.

[4] *Turcæ.*] *Turcæ* fuerunt populus Scythicus supra mare Caspium ex

humili origine paulatim progressi, longius Asiam vastare cœperunt, & auctis quotidie viribus, monarchiam demum constituerunt, non quidem novam aut quintam aliquam, sed ex ea natam imperii Romani parte, quæ fuit ad solem orientem.

[1] *Ejus autem Monarchiæ princeps fuit* [2] *Ottomannus ad annum Christi circiter* MCCC.

[3] Mahometus deinde, ejus nominis secundus, proavus Solymani, qui nunc rerum potitur, capta Constantinopoli, & Constantino Palæologo Cæsare, quem diximus, interfecto cum omni familia, nomen & successionem Imperatorum nostræ religionis iis in locis funditus delevit.

[4] [5] Tenent autem Turcæ ad hoc usque tem-

pastura pecorum victitantes ac in tentoriis & plaustris vagam vitam ducentes inde ex Sylvis ac desertis suis progressi circa annum Christi millesimum pervenerunt in Persiam, unde longius progressi vastis. orbis terrarum Monarchiam condiderunt.

[1] Chalcon. lib. 1. de reb. Turcicis. Matthias Mechovius in Sarmatia Asiatica, c. 15.

[2] *Ottomanus.*] Hodiernam familiam Imp. Turcicorum condidit *Ottomannus S. Osman*, cujus successores hodie vocantur *Ottomanni* & ipsorum aula *Porta Ottomannica*. Inde legati Christianorum principum dicuntur mitti ad portam Ottomannicam i.e. ad Imperatorem Turcarum.

[3] Chalcond. lib. 8. Sabell. bel. Enned. 10. lib 6.

[4] Aurel. Victor. Herod. lib. 2. De hac Romani imperii infelicitate

sic

tempus, Aſiam, Syriam, Ægyptum, Meſopotamiam, Judæam, Rhodum, Græciam omnem, Thraciam, Bulgariam, Macedoniam, Illyricum, utramque Myſiam, & nuper alteram ferè Pannoniam, & Africæ partem aliquam.

De primatu dimicarunt olim inter ſe vehementer Eccleſiæ, Hieroſolymitana, Antiochena, Conſtantinopolitana, Romana, & hæ quidem duæ potiſſimum, uti ſupra docuimus: Turca verò litem diremit, & ſic omnia tribus

ſic ſcribit Eraſmus Roterodamus profatione in Suetonium Tranquillum: O miſerum ac deplorandum illorum temporum ſtatum! Oppreſſa Senatus auctoritate, oppreſſis legibus, oppreſſa populi Romani libertate, *ſic creato principi ſerviebat orbis, princeps ipſe ſerviebat iis, qualem nemo vir probus domi vellet habere ſervum. Imperatorem timebat Senatus, Imperator ſceleſtam illam militum multitudinem formidabat.* Imperator leges dabat regibus: at huic leges dabant conducti milites. Summa rerum orbis ab armata paucorũ temeritate pendebat.

[5] *Tenent*] Conſtantinopolis capta eſt à Turcis anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo 53. ac ab eo tempore Imperatores Turcarum regiam ſedem collocarunt Conſtantinopoli, quam Turcæ vocant *Stambolda*. Imperium Turcicum hodie ſe extendit à fluvio Tigri uſque ad Danubium & Tibiſcum, de quo limite hodie inter ſe litigant Turcæ & Hungari: hodiernus Imp. Turcarum vocatur Muhammed IV. ſtrenuus ac militiæ amans, unde vehementer metuendum ne deſertis voluptatibus ad priſcam Turcarum ſtrenuitatem ſe convertat.

[1] *Turca v.*] Hoc falſiſſimum

bus illis locis conturbavit, nullum ut exiſtat Eccleſiæ vel Chriſtiani cætus veſtigium. Ejus autem, quæ ſupereſt, Eccleſiæ, quæque ſublatis æmulis nunc ſola triumphat, cujuſmodi ſit facies, qui ſtatus, res ipſa declarat.

Poſtquam ergo demonſtravimus, quemadmodum Imperii Romani pars altera corporis, orientem ſolem ſpectans, omnino concidit, & in alienam poteſtatem devenit; reliquum eſt, ut quemadmodum & ea pars, quæ pertinet ad Occidentem ſolem, prorſus interierit, & novos adepta ſit dominos, breviter explicemus.

Hic autem obiter conſiderandum eſt, *quomodo mirabili quodam fortunæ ludibrio à Romanis illis atque priſcis familiis auguſtum illud imperii decus & faſtigium ad exteros delatum ſit*, & quidem aliquot, pudendæ conditionis homines. Nam ex iis quidam fuerunt Hiſpani: nonnullis Pannonia, Dacia, Dardania, Dalmatia, Gallia, Thracia, Cappadocia dedit originem.

Inprimis autem obſervari debet, quàm fuerit anceps & miſera Imperatorum conditio: *nam* [1] *ipſorum dignitas omnis atque ſalus erat, non*

ſiſſimum eſt, extant enim hodie per Imperium Turcicum Eccleſiæ Chriſtianorum florentiſſimæ & innumeræ. Turcæ enim cuilibet tributum ſolventi liberum religionis exercitium relinquunt.

[1] *Ipſorum dignitas.*] A temporibus Caii Julii Cæſaris uſque ad interitum imperii Romani occiden-

non in ſenatus aut populi, ſed in legionum atque militum poteſtate: ſic, ut permirum videri poſſit, ullos fuiſſe, qui munus hoc tam periculoſum & injuriis opportunum ſuſciperent. Etenim inde à C. Cæſare, qui ſpectante ſenatu concidit, ad Carolum uſque Magnum, circiter triginta fuerunt ex iis interfecti, quatuor verò ſibi mortem ipſi conſciverunt. Semper aliquid erat, quod in ipſis deſiderarent milites: neque bonos magis quàm improbos ferre poterant, & *ad minimam occaſionem, concitata turba, jugulabant eos, quos etiam invitos ad culmen illud honoris pertraxerant, ſicut Aëtio Pertinaci conſtat accidiſſe. Cæſarem metuebat ſenatus: ipſe verò Cæſar ab impuri militis voluntate propemodum atque nutu pendebat.*

[1] Hos autem ſpiritus, inde poſt C. Cæſaris mortem ſibi ſumpſerant, præſertim legiones veteranæ, quibus per Galliam, Hiſpaniam, Africam ille fuerat uſus: & Cicero hocipſum deplorans, fortes illæ quidem ſunt, inquit, *ſed propter memoriam rerum, quas geſſerunt pro populi Romani libertate & dignitate reipublicæ, nimis feroces, & ad ſuam vim omnia noſtra conſilia revocantes.*

cidentalis ſumma poteſtas fuit in manu militum: milites enim creabant & deſtituebant Imperatores pro lubitu, quod Genus Regiminis vocatur, *ſtratocratia* i. e. imperium militare.

1 Philip. 10.

FINIS LIBRI SECUNDI.

JOANNIS SLEIDANI De QUATUOR SUMMIS IMPERIIS.

LIBER III.

ANtequam de Carolo Magno loquamur, ad quem diximus Imperium Occidentis esse delatum, explicanda sunt quædam de Germanis, à quibus originem ille deducit.

Et

COMMENTARIA.

1 ORigo Caroli Magni ad Francos antiquissimos Germaniæ populos refertur à Gothofr. Viterbiensi, Ludolpho de Bamberg, libro de Jure regni c. 3. Jacobo Wimphelingio rerum German. c. 22. Hieronymo Gebuilero de libertate Germanica c. 6. Ægidio Tschudo in descriptione Rhætiæ Alpinæ cap. 36. Francisco Irenico exegeseos l. 3. c. 18. *Verum Joan. Bodinus, Germanici nominis hostis,*

[1] Et primo quidem certò constat, Germanos persæpè transiisse Rhenum, & in Gallias penetrasse, ut ibi propter agri bonitatem considerent.

Nam Theutoni in provinciam Galliam invaserunt, & à C. Mario consule fuerunt profligati.

[2] Deinde cum Arverni & Hedui, Galliæ populi, de principatu contenderent, Germani mercede conducti ab Arvernis & Sequanis, primò quidem non ita magnis copiis eò venerunt: paulatim verò sic augescebant, ut Ariovisto rege, bonam ejus agri partem occuparent. Eos autem C. Cæsar prælio superavit, & aliquot post annis, cum bellum gereret in Eburones, Galliæ populum, Germani denuò Rhenum trajecerunt, ut exercitum Romanum oppugnarent: sed ad Mosæ confluentem atque Rheni fuerunt ab illo concisi.

[3] Multis deinde pòst annis intra suos fines se

hostis, Carolum natione Gallum, in Gallia natum, linguâ quoque, moribus & institutis Gallorum una cum suis majoribus educatum scribit, in methodo historico cap. 7.

[2] *Antequam.*] Liber III. complectitur Imp. à Carolo M. ad Carolum V. & ab anno Christi octingentesimo ad annum Christi millesimum quingentesimũ quinquagesimum.

[1] Florus l. 3. c. 3. Vell. l. 2. Orosius l. 5. c. 6. Eutrop. lib. 5.

[2] Cæsar de bello Gallico l. 1. Hubertus. Thomas Leodius de Tungris & Eburon. Cæsar lib. 4.

[3] Trebell. Pollio, & Sex.

se continebant, eò quod Romani Cæsares bellum ipsis inferrent: sed tamen quoties tempus aliquod idoneum essent adepti, non deerant suis ipsi commodis, & Galliam perpetuò vastabant. Hunc ad modum, Gallieno Cæsare, homine ignavo & voluptuario, impressionem fecerunt, & paulatim eò potentiæ creverunt, ut Probus Cæsar, quartus à Gallieno, vix magna difficultate illos rejiceret.

[1] Julianus etiam, Constantii Cæsaris legatus, bella cum illis gessit: post hæc, Honorio Cæsare, Gothi in Galliam irruperunt, iisque Cæsar, diversis bellis occupatus, Aquitaniam concessit inhabitandam.

[2] Ab altera parte Francones Germani, per Belgicam irruptione facta, Treviris, Menapiis, Eburonibus, Morinis, Nerviis, Ambianis, Bellovacis, Suessionibus oppressis, in ea parte Galliæ considerunt quæ nomen ad hoc usque tempus retinet, & Francia dicitur, cujus quidem regionis caput Lutetia, nec procul illinc oppidum Sandenisium, Franciæ regum sepulturæ postea consecratum est in hodiernum usque diem.

[1] Ad

Sex. Aurel. Flavius Vopiscus in Probo. Eutropius lib. 9. Zosimus lib. 1.

[2] Zos. lib. 3.

[2] Paulus Diac. lib. 14 Quos Sleidanus Francones nominat, antiqui Romanæ historiæ scriptores, ut & recentes, Francos indigetant. Fl. Vopiscus Aureliano & Proculo. Zosimus lib. 1. Ammianus

[1] Ad eum modum amplificati, quum antea bonam Germaniæ partem poſſiderent, omnem videlicet regionem illam, quæ eſt ad Mœnum fluvium atque Rhenum, facile non ſolùm defendebant illatum bellum, ſed etiam aliis inferebant, labante indies magis imperio Romano, per Aſiam & Africam. Longobardis etiam Italiam vaſtantibus, admodum ſuos fines per Galliam extenderunt: & quum ordine multi ipſorum reges ibi dominarentur, tandem ad Pipinum etiam ejuſque filium Carolum, regni ſumma devenit.

Pipini pater, Carolus Martellus, non quidem ipſe rex, verùm ex proceribus unus, & Palatii præfectus, vel, ut loquuntur, Major domus, Bavaros & Suevos devicit.

[2] Nam ſicut Annalium ſcriptores Galliæ tra-

nus Marcellinus l. 15. 27. & 30. Aurelius Victor. Eutropius lib. 2. & alii.

[1] Sigebert. Friſing. l. 5. c. 10. *De Majore domus videatur Francogallia Fr. Hottomanni c. 12. Nominatur ibi Palatii magiſter, & dignitas ei tribuitur eadem, quæ fuit præfecti prætorii apud Romanos, qui alio nomine aulæ præfectus vocabatur.* Sunt & alia nomina, quæ Majoribus domus tribuuntur, ut præfecti aulæ, comites Palatii: *Quinetiam aliquot poſt ſeculis, Seneſchalli Franciæ appellati ſunt. Exſtat de Majoribus domus fragmentum editum à P. Pithœo in Annalibus Francicis.* De bellis autem Pipini in Germania geſtis, videatur Viterbienſis parte Chronici 17. Gaguinus l. 3. c. 4. Aventinus Annal. Bojor lib. 3.

[2] Eginhardus in vita Caro-

tradunt, aliquot nunc annis, præter titulum atque nomen, nihil reges habebant, sed omnis authoritas erat & summa rerum penes præfectum regiæ domus. *Etenim* [1] *à superiorum regum virtute prorsus isti degeneraverant, & voluptatibus diditi, nullam reipublicæ curam suscipiebant. Itaque præfectus Palatii magistratum gerebat* [2] *& quò major erat ignavia regis, eò plus potentiam iste suam augebat.*

[2] Hac demum occasione [3] Pipinus, qui Childerico regnante, præfectus erat, quum apud Pontificem Zachariam res in disceptationem veniſſet, utrnam, regnum obtinuit.

[4] Hujus rei mentio fit in decreto, quod vocant, Gratiani, quod nimirum Papæ liceat regibus abrogare principatum, sed ejus loci titulus & inscriptio falsa est. *Quum enim duo sint*

Caroli Magni, Sigebert.

[1] *A superiorum.*] Posteriores Reges Francorum ex familia Meravingica plane vitam egerunt ut Sardanapalus: erant ignavi & socordes, unde *Majores domus* totum Regnum plena potestate regebant, ipsis Regibus non nisi titulo relicto.

[2] Eginhard. Regino l. 2. Sigebert. Viterbiens. parte 27. Chronici.

[3] *Pipinus.*] Ultimus Rex Francorum ex familia Meravingica fuit *Childericus* cognomine ignavus & hunc Pipinus in Monasterium detrusit, ipse autem Rex Francorum fuit factus.

[4] In recenti juris Canonici editione, auspicio Gregorii 13. adornata, capitulum hoc non Papæ Gelasio, ut est in vulgatis codicibus, sed Gregorio Papæ adscribitur. Is est hujus nominis septimus, qui

ſint Anaſtaſii Cæſares, neutri poteſt attribui, nam prior ducentis & amplius, alter verò triginta ſeptem annis ante regnavit, quam iſtud accideret: deinde poſteriori ætate nullus fuit Papa Gelaſius.

[1] *Admonendi cauſa lectores hoc addendum putavi, quo Pontificiorum ſcripta prudenter evolvant atque cautè. Nec enim uno loco deprehenditur, id eos agere potiſſimum, ut ſuis legibus opinionem vetuſtatis addant, quò plus habeant ponderis & authoritatis.*

[2] [3] Pipinus, præterquam quod Longobardos per Italiam compreſſit, rogatu Pontificis, ut ſuprà dictum eſt, bellum quoque geſſit in Saxones, & deinde cum Aquitanis, eorumque ducem captum interfecit: cumque non multo poſt è vita migraſſet, ac illi ſubinde rebellarent, Carolus filius, rex, utrumque bellum vix tandem ingenti labore perfecit.

[4] [5] *Cum Saxonibus enim totos annos* XXXIII, *belli-*

qui in Epiſtola ad Hermannum Metenſem Epiſcopum iſta ſcripſiſſe memoratur.

[1] Regino lib. 2.

[2] Gaguin. lib. 3. c. 4

[3] *Pipinus.*] Secunda familia Regum Franciæ vocatur *Carolingorum*, quam condidit *Pipinus*, ſed quæ à filio ipſius Carolo M. nomen accepit.

[4] Eginhard. Regin. l. 2. Sigebertus. Gaguinus. l. 4. c. 1. Urſpergenſis.

[5] *Cum Saxonibus.*] Maximum bellum quod Carolus M. geſſit fuit Saxonicum, contra Saxones ſive Weſtphalos, quorum Rex erat *Witikindus*: tandem Saxones ad fidem

belligeravit: eoque durante bello confecit & alia: nam [1] & Bavariam, Taſſilone duce rebellantem, ſuæ ditionis fecit, & bis contra Longobardos profectus, & in Campaniam uſque progreſſus, omnem Italiam domuit & legibus conſtituit.

[2] Illas etiam Galliæ civitates, quæ ſunt ad Oceanum, *& à C. Cæſare vocantur Armoricæ, nunc autem minoris Britanniæ nomine cenſentur*, ad officium redegit, quum ſtipendium annuum Franciæ regibus debitum, nollent amplius dependere.

[3] In Hiſpaniam quoque profectus cum exercitu feliciter quidem rem geſſit, adverſum Saracenos: rediens autem in [4] ſaltibus Pyrenæis per inſidias graviſſimè cæſus fuit à Vaſconibus, Aquitaniæ populo: ſed & Hunnos, qui Pannoniam tunc tenebant, octavo demum anno vicit, *& per legatos Bohemiam quoque placavit.*

[1] Poſtre-

fidem Chriſtianam fuere converſi.

[1] *Et Bavariam.*] Thaſſilo dux Bavariæ à Carolo M. victus & in Laureacenſe monaſterium detruſus fuit.

[2] Eginhard. Cæſar belli Gall. l. 5. Gag. l. 4. c. 2. Joham. Lelandus Armoria idem ſignificare dicit, quod ſupra mare, in ipſa Britannica lingua: repetit hoc Guil. Camdenus in Britannia.

[3] Johannes Turpinus, Eginhard. Antonius titul. 14. c. 2. ſect. 5. Gaguinus l. 4. c. 1.

[4] *In ſaltibus.*] Cum Carolus M. exercitum ex Gallia in Hiſpaniam reduce-

[1] Poſtremum verò bellum fuit adverſus Danos, ſive Normanos, qui maritimam oram Germaniæ Galliæque magna claſſe vaſtabant.

[2] His tantis rebus geſtis, effectum eſt, ut Magnus diceretur.

[3] *Cum enim Francorum reges antea ſolum tenerent eam Germaniæ partem, quæ eſt inter Saxoniam & Danubium, interque Rhenum & Salam, ad hæc, Sueviam atque Bavariam: ipſe totam Saxoniam adjecit, deinde utramque Pannoniam, Daciam, Iſtriam; Liburniam & mediterraneam Dalmatiæ partem:* cumque item Francorum reges per Galliam tenerent eam partem, quæ eſt inter Rhenum & Ligerim, inter Oceanum & mare Balearicum, ipſe omnem Aquitaniam totumque jugum Pyrenæi montis, ad Iberum uſque flumen, &, quod primo loco dictum oportuit, Italiam totam inde ab Alpibus ad extremam uſque Calabriam adjecit: *& poſtea quartò Romam profectus,*

duceret gravem accepit ſtragem in montibus Pyrenæis, ac inter alios occiſus fuit *Rolandus* ſororis Caroli filius, heros fortiſſimus, cujus hodie ſtatuæ in urbibus Saxonicis, præſertim Bremæ in foro, reperiuntur. Unde hodie *Rulandus*, à vulgo pro Gigante & Heroe celebratur.

[1] Eginhard.

[2] Nithardus Hiſtor. lib. 1. Gaguinus lib. 4. cap. 1.

[3] Aventinus l. 4. Eginhardus. Regino lib. 2. Sigebertus. Gaguinus lib. 4. c. 1. Platina in Leone 3. Sabell. Ennead. 9. lib. 9. Blondus Decad. 2. l. 1.

1. *Pe-*

ctus, à Leone tertio & ab omni [1] *populo Romano salutatus est Imperator Augustus, cum jam annos regnasset* XXXIII.

[2] Romanum igitur Imperium, quod est ad Occidentem solem, variè dilaceratum, præsertim ab eo tempore, postquam Cæsares domicilium atque sedem Constantinopoli sibi delegerunt, ut ex iis quæ supra commemoravimus, apparet, à Carolo redintegratum est, ac veluti novum corpus colorem atque spacium resumpsit, tot, tantisque provinciis ad unius principatum redactis.

Nicephorus, alter ad Orientem solem Cæsar, factum istud indignè quidem tulit, sed humanitate modestiaq; sua Carolus eum delinivit, *& missis donis amicitiam uterque coluerunt, & utriusque Imperii constituti fuerant certi limites.*

[3] Præter alios conventus, Concilium habuit etiam Remense, in quo decretum fuit inter alia multa ut Episcopi sacram scripturam diligenter evolvant, & Dei verbum annuncient.

[4] Moguntiæ quoque Synodus fuit, anno priùs-

[1] *populo Rom.*] Anno Christi 80. ipso Festo nativitatis Christi, Carolus M. Imperator Rom. fuit proclamatus, atque ita collapsum Imperium Rom. in Occidente iterum fuit instauratum.

[2] Sigebert. Aventinus lib. 4.

[3] 3. Tom. Concil. pag. 700. Capitulo 14. decretorũ hujus Synodi, p. 701.

[4] 3. Tom. Concil. pag. 693.

priusquam è vita decederet, & superioribus annis alia, Turoni, Cabillone, Arelatæ, de emendatione Ecclesiarum, uti tradunt, qui per id tempus vixerunt.

[1] Ludovico deinde filio regni & imperii hærede designato, *mortuus est Aquisgrani, quod est Galliæ Belgicæ oppidum*, septuaginta natus annos, post Christi natalem, anno octingentesimo decimo quarto, *quum per annos ferè XIV. Cæsar fuisset*, Germanorum omnium primus ad eam evectus dignitatem.

[2] Ipso regnante, per Italiam, Germaniam, Galliam, XXI. tantum erant civitates, uti vocant, Metropolitanæ, Roma, Ravenna, Mediolanum, Forum Julii, Gradus, Colonia, Moguntia, Salisburgum, Treveris, Rotomagus, Senones, Vesuntio, Lugdunum, Rhemi, Arelatum, Vienna, Tarentesia, Ebrodunum, Burdegala, Tarones, Bituriges.

[3] Ejus

693, De Turonensi Synodo videatur Tomus tertius concilior. pag. 682. De Cabilonensi ibidem pag. 686. De Arelatensi videatur pag. 679. Legatur etiam vita Caroli Magni edita à Petro Pithœo, & auctor Annalium Francicorum. Meminit Sigebertus & Gaguinus l. 4. c. 1.

[1] Eginhard. Frisingens. l. 5. c. 31. Carolo ætatis annos assignant LXXII. Eginhard. Gaguinus & alii: author Annalium Francicorum LXXI. adscribit.

[2] Eginhard. in vita Caroli Magni. Sigebert. *Metropolis ex μήτηρ & πόλις id est, matrix & urbs, junctio nomine, dicitur*

[1] Ejus parens Pipinus, exarchatum Longobardis exeptum, Episcopi Romani fidei commiserat, ut suprà diximus, quemadmodum quidem memoriæ proditum est: ipse verò planè illis dedisse eum fertur, quod tamen in dubium à multis vocatur.

[2] Qui fuit ei familiaris, & scriba juratus, [3] Eginhardus, divi Petri, quam vocant Ecclesiam Romæ, præ cæteris ei valde caram fuisse, magnamque vim auri, argenti, gemmarum, illuc deportatam, & plurima Pontificibus ab eò munera esse missa scribit: nam hoc illum inprimis egisse diligenter, ut ipsius opera studioque urbs Roma veteri polleret authoritate, & sancti Petri Ecclesia, non solum ipsius esset

sur ea civitas, unde Colonia deducta est. Ulp. l. 4. sect. 4. D. de officio procónsulis Ephesum Metropolim appellat. Isiodorus τῶ μέτρῳ, id est, mensuræ, fictum vocabulum tradit, quod & Distinct. 21. asseritur, sed falso. *Denique Metropolis ad extremum dictæ sunt matres urbium sive capita provinciæ, ut lib. 1. 6. de Metrop. Berytho, & apud Solinum & Marcell.*

[1] Regino l. 2.

[2] Eginhardus vel Einhardus. scriptor vitæ Caroli Magni, ejusdem Imperatoris *non Cancellarius tantum, ut Tilhemius, verùm etiam gener fuisse scribitur.* Videatur Jacobus Curio libro 2. Chronolog. item Justus Reuberus initio Tomi sui historiarum Germanic.

[3] *Eginhardus.*] Hic est ille Eginhardus scriba sive Cãcellarius Caroli M. qui Emmam filiam Caroli M. clam stupravit ac postea uxorem accepit; tota historia versibus belgicis

esset incolumis tutaque patrocinio, sed etiam opibus inter alias maximè floreret. Hæc ille duntaxat: quod verò tot tamque potentes urbes dederit, quæ ditionis erant imperii, ne verbum quidem: *imo, quum à quarta in Italiam profectione, factus esset Cæsar, urbis Romæ & Pontificis, & totius Italiæ, non publicas tantum, sed Ecclesiasticas etiam res & privatas ordinasse scribitur.*

[1] Etenim, cum nondum esset Cæsar, sed Franciæ tantùm rex, debellato Longobardorum rege, Desiderio, sicut diximus, Romam venit, & Concilium habuit, *in eoque, sicut ipsorum libri dicunt, Adrianus primus totaque Synodus, eligendi Pontifices & ordinandi sedem, ut vocant, Apostolicam, & Episcopos confirmandi jus atque potestatem ei concessit.*

[2] Multas Carolo tribuit & principe viro dignas virtutes Eginhardus, temperantiam, modestiam, frugalitatem, studium religionis, doctrinam, Eloquentiam, & non Latinæ tantùm, sed & Græcæ linguæ cognitionem: adhæc, summam curam ac diligentiam in educandis, & ad easdem res instituendis liberis.

Pari-

gicis describitur à Jacobo Catzio.

[1] Sigebert. Dist. 36. c. Hadrianus Papa. Blondus Decad. 2. lib. 1. Gaguinus l. 4. c. 1. Aventinus Annal. l. 4.

[2] Vincentius in Speculo historiali lib. 24. Sabellicus Ennead. 8. lib. 9. Gagui-

Parisianam quoque traditur Academiam instituisse, tum sua sponte, tum Albini præceptoris impulsu, quem habuit in discendis artibus magistrum, sicut Eginhardus dicit.

[1] *Mensibus etiam nomina Germanica dedit & ventis duodecim, quibus etiamnum utimur:* quum ante id tempus, ut idem scriptor ait, Francones partim Latinis, partim uterentur barbaris.

[2] Hucusque veluti præfatus de Germanis, deque Carolo, paucis percurram deinceps, & ostendam, quemadmodum hæc ipsa imperii Romani pars, quæ est ad Occidentem solem, à Carolo vix demum restituta & recollecta, rursus interiit, & in varias divisa provincias facta sit multorum ditionis, qui veluti peculium suum illas possident, nec fontem ipsum, unde manârunt, agnoscunt; *ita quidem, ut illud augustum, & tantopere celebratum Imperii Romani fastigium, nihil aliud sit hodierno die, quàm tenuis quædam magni corporis umbra, postquam ex tam immensa mole redactum est ad unicam Europæ particulam, Germaniam.* Postremò, quemadmodum hanc Imperiorum vicissitudinem & occasum Romanæ Monarchiæ

Gaguinus l. 4. c. 1. Jacobus Middendorpius l. 2. Academ. orbis Christiani. Curio lib. 2. Chronol.

[1] Eginhard. Sigebertus. Urspergensis. Albertus Stadensis.

[2] Annales Gallici Mathematico auctore Sigebert. Frisingens. lib. 5. cap.

chiæ Daniel prænunciaverit, breviter exponam.

Ludovicus ergo, Caroli filius, alter Imperator Germanus, cum Cæsare Græco Leone Armenio renovavit amicitiam: cumque ipsius regni anno tertio mortuus esset Leo Papa, successor Stephanus quartus in Galliam profectus, Rhemis eum consecravit.

[1] Hunc excepit Paschalis: & quia Cæsaris authoritas non intervenerat, ille per legatos diligenter atque sollicitè factum purgans, pontificatum sibi prorsus invito dicebat esse obtrusum.

[2] Libri Pontificii habent, Ludovicum Cæsarem Paschali, cæterisque post eum, & confirmasse possessionem bonorum, & *electionem permisisse liberam, ut, quem omnes Romani judicassent eo munere dignum, is pro Pontifice haberetur. Quantum fidei sit ejusmodi scriptis tribuendum, non video: sic enim inter se dissident, sic nullo sunt ordine perscripta, ut, quid sequendum sit, intelligi non possit.*

[1] Fi-

cap. 32. Viterbiens. p. 17. Chron.

1 Annales Gallici. Annon. l. 4. c. 103. Gaguinus lib. 4. c. 2. Æmilius l. 3. vita Ludovici edita à P. Pithæo.

2 Dist. 63. cap. Ego Ludovicus. Carolus Molinæus JCtus Bibliothecarium, Pontificum Romanorum fautorem & domesticum, hujus capituli auctorem esse, & ob id

[1] Filios Ludovicus habuit tres: Lotharium, imperii & regni consortem allegit: Carolum, qui Pipino fratri mortuo successisset, Aquitaniæ, Ludovicum Bavariæ præfecit.

[2] Conjuratione facta, [3] captus à filiis, & regno privatus, Compenii oppido Suessionum, ad monasticum vitæ genus fuit detrusus.

[4] Galliæ scriptores Annalium tradunt, proceres Ecclesiasticos, quorum ille fastum atque luxum coërcere volebat, habitis Aquisgrani comitiis, hanc ei concitasse turbam, & filios, ut facinus tam impium auderent, impulisse.

[1] Li-

id tanquam homini suspecto minimè credendum, scribit.

1 Regino lib. 2. Annales Gallici: Viterbiensis. Æmilius lib. 3. Blondus l. 3. Decad. 2.

2 Historia hujus exauctorationis peculiari scripto exposita est, quod Petrus Pithæus edidit. Videatur etiam Theaganus Chorepiscopus Trevirensis libro de gestis Ludovici Imp. Item vita Ludovici incerto auctore, edita ab eodem Pithæo. Meminit Gaguinus lib. 4. cap. 2. & seq.

3 *Captus à.*] Contra Ludovicum Pium tres ipsius filii fuerunt admodum impii, quippe ab illis fuit captus, regno spoliatus & in monasterium detrusus, ex quo tamen paulò post liberatus omnia recuperavit.

4 Annales Gallici. Sigebert. Fastus sacerdotum coërciti meminit Gaguinus l. 4. c. 2. Videatur 3. tom. Conciliorum Synodus Aquisgranensis p. 820. Dejectionis verò longè aliam causam, uxoris videlicet incontinentiam atque efferatam libidinem

1 Liberatus autem ſexto pòſt menſe, maximo populi deſiderio, regnum & omnia recuperavit.

2 Quia locus ita fert, notandum hic eſt obiter, multa fuiſſe per Galliam habita Concilia nationis. Nam proximum ab illo, quod diximus, Aquenſi, Trojæ fuit, oppido Campaniæ: Deinde Rhemis, Gergoviæ, Turoni, Digeone, Lutetiæ, Lugduni, Viennæ, Avione, Avarici, Aureliæ, & quidem iiſdem in locis, plura.

3 Cum enim ſtatus rerum ita poſceret, ipſi reges ordinem Eccleſiaſticum cæteroſque proceres convocabant, ut publicis incommodis mederentur.

4 Ad hunc modum, Ludovicus XII. qui cum Julio II. graves exercuit inimicitias, Turoni Concilium habuit atque Lugduni, ſalutis anno M. D. X & XI.

1 Nunc

nem Regino l. 2. adfert. Idem habet Viterbienſis, de quibus tamen criminibus ſeſe publicè purgavit, teſte Nichardo, lib. 2.

1 Annales Gallici l. 4. cap. 2.

2 Vide Joan. Mari Belgæ librum de ſchiſmat. & Conciliis. parte 2. cap. 5. & ſeq.

3 Contrarium fieri oportere docet Gratianus Diſt. 16. c. Synodum, c. Regula veſtra, c. Nec licuit, c. Multis denuo, c. Concilia ſacerdotum. Legatur Bellarminus Tom. 1. parte 1. capite 12. de Conciliis.

4 Hubertus Vell. appendice ad Gaguinum cap. 4. Joan. Marius de ſchiſmat. & Concil. parte 2. c. 25.

[1] Nunc ad institutum. Ludovico mortuo, Metique sepulto, [2] successit Lotharius, cui bellum fuit cum fratribus, quo demum sedato, & nova facta divisione, Ludovico Germania cessit, Galliæque pars, inde à Mosa usque ad Rhenum: [3] Carolo autem obvenit Gallia, inde ab Oceano Britannico & Pyrenæo saltu usque ad Mosam. Lotharius, præterquam quod Cæsar esset, Italiam & Narbonensem quoque provinciam obtinuit.

[4] Ei successit filius Ludovicus secundus, qui Saracenos in Italiam irruentes repressit.

[5] Eo regnante, Papa fuit inter alios Adrianus II. non quidem assentiente Cæsare, sicut ipsorum habent libri, creatus à nobilitate Romana,

[1] Gaguin. l. 5. c. 1. Regino lib. 2. Sigebert. De dissensionibus filiorum Ludovici Pii, extant libri 3. Nichardi Angilberti F. Caroli Magni ex Bertha filiæ nepotis. Videatur etiam Frising. lib. 5. cap. 5. Helmoldus lib. 1. cap. 4.

[2] *Successit*] Imperator *Lotharius* atrox bellum civile cum fratribus suis gessit atque unico prælio florem totius nobilitatis Francicæ amisit, neque ullo bello magis debilitata fuit Germania & Gallia.

[3] *Carolo autem.*] Hic est Carolus *Calvus* qui à quodam Judæo medico cui nomen erat Sedechias venenata potione fuit interfectus Mantuæ.

[4] Regino l. 2. Sigebert.

[5] Dist. 63. Cum Hadianus. Hoc moliti sunt Romani Pontifices, ut principes omnes jure in eligendis Episcopis privarent, quemadmodum Synodus octava Constantinopolitana sub hoc Adria-

mana, civibus atque clero, quem vocant. Nam licet essent in urbe Cæsaris legati, tamen ad electionem vocati non fuerunt: cumque graviter id & molestè ferrent, *responsum eis fuit, nullo hoc factum esse Cæsaris contemptu, sed cautione quadam in posterum, ne videlicet, quum est creandus Papa, mos ille, Cæsaris expectandi legatos, tanquam necessarius inoleſcat.* Eo responso non solum illos fuisse placatos, verùm etiam officii causa demissè Pontificem salutasse tradunt.

[1] Hic autem videre licet mirabilem quandam in ipsorum scriptis varietatem & inconstantiam. Etenim, si Ludovicus primus liberam eis electionem concessit, uti ferunt, & paulò supra dictum est, cur ejus nepos Ludovicus II. injuriam sibi factam esse putabat? Sed quoquo modo res habeat, titulus quidem ejus decreti, quod est in centonibus Gratiani, manifestè falsus est. Nam Gregorio quarto tribuitur, cum is viginti duobus annis è vita decesserit ante, quam Adrianus II, fieret Pontifex. An historiam scripsit mortuus eorum, quæ pòst acciderent?

[2] Ante Adrianum proximus fuit Nicolaus pri-

driano habita, id testatur, Canone 22. Tomo 4. Concil. pag. 9.

[1] Dist. 63. cap. Ego Ludovicus.

[2] 3. Tom. Concil. pag. 906. Zonar. Tom. 3. Decreta hujus Nicolai Pontificis ex Gratiano collecta sunt, & in 20. titulos

primus, cujus exſtat ad Michaëlem Imperatorem Græcum Epiſtola valde prolixa, de ſua in omnes Eccleſias poteſtate. Nam Conſtantinopoli fuit ab Epiſcopatu remotus Ignatius, & inſtitutus Photius, inconſulto Epiſcopo Romano: ſed & ejectæ ſtatuæ. Clamat ergo contrà, quàm vehementiſſimè poteſt: exſtant etiam ejus decreta plurima, plena majeſtatis Papalis.

[1] Carolus Galliæ rex, ut ſuprà diximus, magna celeritate proficiſcitur in Italiam, reſiſtente licet altero fratre natu majore Ludovico Germaniæ rege, & à Johanne octavo Romano Pontifice conſecratur.

[2] Secundò profectus in Italiam rogatu Pontificis, ut Saracenis, qui Campaniam rurſus invaſerant, reſiſteret, Mantuæ mortuus eſt.

[3] Ludovicum filium habuit ſucceſſorem, cognomine Balbum: ſed is per biennium modo præfuit.

[4] Ab eo imperii Romani ſumma venit ad Carolum Craſſum, Ludovici Germaniæ regis filium,

diſpertita à Johanne Cochlæo.

[1] Friſing. lib. 6. cap. 6. Gaguinus l. 5. c. 1.

[2] Regino lib. 2. Carolus veneno à Sedechia Judæo propinato, interemptus eſt. Regino, Sigebertus: Gaguinus l. 5. c. 1.

[3] Sigebert. Gaguinus l. 5. c. 1.

[4] Regin. lib. 2. Friſing. l. 5. c. 8. Prodoardus in Chronico: Sigebertus. Gagui-

filium, qui duobus, quos habebat, fratribus mortuis, Germaniam omnem & Italiam & Galliam obtinuit, & Saracenos Italiam vexantes profligavit, & [1] *belligeratus aliquandiu cum Normannis, inferioris Germaniæ populo, Galliam Belgicam vexantibus, eam Galliæ partem illis demum concessit, quæ nomen illorum ad hoc usque tempus retinet.*

[2] [3] Post hunc fuit Arnolphus Cæsar, fratris filius, egregius princeps, in Italiam profectus, ut Formosum Pontificem Romanum ab adversariis liberaret, Romam capit, & in seditionis authores vindicat.

[1] Ipso

Gaguinus l. 5. c. 4. Sunt autem Normanni iidem cum Danis, ut ex Adamo Bremensi Albertus Stadensis refert. *Helmoldus l. 1. c. 2. ex Danis Senonibus & Norveis collectam fuisse multitudinem, scribit.*

[1] *Belligeratus.*] *Normanni* illo tempore vocabantur, quos nunc vocamus Danos, Suecos & Norwegos. His Carolus crassus dedit illam Galliæ partem quæ hodie Normannia appellatur. Hic Carolus Crassus tandem Imperio spoliatus ad tantam paupertatem pervenit, ut necessariis destitutus in extrema egestate obierit.

[2] Regin. lib. 2. Luitprandus Ticinensis lib. 1. cap. 8. Frisingensis lib. 6. cap. 13. Viterbiensis.

[3] *Post hunc.*] Imp. Arnolphus uno prælio centum millia Normannorum occidit unico duntaxat ex suis amisso: ejus tempore Hungari primū ex Scythia in Pannoniam venerunt, eamque ad nostra usque tempora occuparunt ac horribiliter Germaniam vastarunt.

[1] Ipſo rerum potiente, Hungari ex Scythia pulſi, in Pannoniam ruunt, & Ludovico III. Arnolphi filio, Cæſare, in Germaniam progreſſi, & non procul à Lœtho flumine, inſigni victoria potiti, Bavariam, Sueviam, Franciam, Saxoniam, cædibus, rapinis & incendiis vaſtant.

[2] *Arnolpho Cæſare, Triburiæ, quod fuit, ad Mœni ripam, oppidum aliquando*, Concilium eſt habitum XXII. epiſcoporum Germaniæ, & inter alia multa decretum, *ut ſepulturam mortuorum nemo vendat, & ne quis laicus, uti vocant, in templo ſepeliatur.*

[3] Ad hoc tempus magnum exarſit incendium per Italiam. Berengarius enim & alii quidam Longobardiæ proceres, multis ornati beneficiis à Carolo Calvo, conjurarunt adverſus Galliam, quo tempore Carolus Craſſus imperabat: ſed cum fruſtrà molirentur, ad Italiam animum adjiciunt, & inter ſe diu multumque con-

Idem Arnolphus urbem Romam expugnavit per leporem: nam cum milites leporem magno clamore inſequerentur Romani putantes eos ad oppugnandam urbem concurrere, mœnia trepidi deſeruerunt, quæ defenſoribus vacua conſcendentes Germani, urbem occuparunt.

[1] Luitpran. lib. 1. c. 5. & lib. 2. ca. 1, 2. Regino lib. 2. Sigebert. Regino l. 2, Urſperg.

[2] 4. Tom. Concil. p. 36. Regino l. 2, 13. quæſt. 20. in Eccleſ. Canone 6, & 17. pag. 12.

[3] Luitprandus l. 1. c. 6. Regino lib. 2. Sigebertus. Blondus Decad. 2. l. 2.

[1] Fri-

conflictati, ſicut fieri ſolet, magnis cladibus illam afficiunt.

[1] Tandem Berengarius victor, Italiæ regnum & Ludovicum Cæſarem, eò cum exercitu profectum, ubi cepiſſet, exoculaſſe ſcribitur.

[2] Hoc etiam tempore, ne quid omnino calamitatis deeſſet, Saraceni, Afri & Hungari immaniſſimè vaſtant Italiam.

[3 4] Cumque ſub Berengariis, Hugone, Rudolpho, Lothario, Alberto, & quibuſdam aliis, tam eſſet funeſtus & miſerabilis pulcherrimæ regionis ſtatus, atque in his turbis mortem obiiſſet Ludovicus Cæſar: Germani, Saxones præſertim atque Francones, *Cæſarem ſalu-*

[1] Friſing. lib. 6. c. 14. Ludovicus hic excæcatus à Berengario, non Arnolphi Imperatoris filius & ſucceſſor fuit: ſed Boſonii Burgundiæ regis, ex Hermingarda filia Ludovici II. Imperatoris nepos, qui invitatus in Italiam, & contra juramentum agens, hoſti tandem proditur, & Veronæ crudelibus ſuppliciis excarnificatur. Regino libro ſecundo. Sigebertus.

[2] Luitpran. l. 2. c. 12. Sigebert. Antonius ſecunda parte hiſtoriar. tit. 15. c. 16.

3 Widechin. lib. 1. Dith. lib. 1. Luitpran. l. 1. cap. 7. Sigebert. Auceps nomen unde factum indicat Viterbienſis.

[4] *Cum ſub.*] Sub Ludovico III. qui fuit ultimus ex familia Caroli M. Imperator, Germani Imperium Romanum ad ſuam gentem tranſtulerunt & ad noſtra uſque tempora in ea conſtanter conſervarunt. Primus Imperator Germanus fuit

ſalutabant Othonem, Saxonum & Thuringorum principem: ſed is ætate gravis, author ipſis fuit, ut Conradum Franconiæ ducem ſumerent, qui Cæſar factus, pleraque omnia faciebat de conſilio Othonis: ac deinde Othone mortuo, cum ipſe graviter ægrotaret, convocatis ex nobilitate primis, orabat, ut Othonis filium Henricum, tunc abſentem, pro Cæſare agnoſcerent. Is eſt Henricus vulgò dictus Auceps.

[1] Itaque videmus, quemadmodum à Francis & à Caroli familia ſplendor & dignitas imperatoria pervenerit ad domum Saxonicam.

[2] Hi duo Cæſares, Conradus & Henricus, ab Epiſcopo Romano non fuerunt conſecrati, ſicut vocant, ideoque prætermittuntur à nonnullis: *Henricus quidem oblatam à Papa conſecrandi ceremoniam neglexiſſe fertur, quod bonorum virorum judiciis atque ſuffragiis contentum ſeſe diceret.*

[3] [4] Aliquantò pòſt Arnolphus Malus, Bavariæ dux, rei ſummam ad ſe traducere cogitabat,

Conradus Dux Franconiæ electus anno Chriſti nongenteſimo XII. Ei ſucceſſit *Henricus Dux* Saxoniæ cognomine *Auceps*, quod aucupio admodum delectaretur.

[1] Roſuita in Panegyrico.

[2] Crantzius lib. 3. c. 4. Saxon. Widechin. 1.

3 Widechin. lib. 1. Luitpran. l. 2. c. 7 Friſingenſis l. 6. c. 16. Urſpergenſis.

[4] *Aliquanto.*] Hic *Arnolphus* adeo fuit homo malus, ut Diabolus dicatur

tabat, & collectis utrimque copiis, cum ad Ratisbonam essent ambo exercitus expediti, Cæsar illum ad privatum colloquium evocat, & commemorans, quemadmodum à plerisque Germaniæ populis esset creatus Cæsar, dehortatus etiam, ne tot hominum millia, in quibus plerique essent innocentes & ignari causæ belli, velit periclitari, flexit ejus animum, atque ita discessum est ab armis.

[1] Burchardus etiam Sueviæ dux rebellarat, sed territus potentiâ Cæsaris in deditionem venit.

[2] Hungari Saxoniam denuo vastabant: capto autem ipsorum duce, novem annorum pacti sunt inducias.

[3] Cæsar deinde ad militiam instituto suo populo, Dalmatas debellat, Pragam urbem, *& Wenceslaum Bohemorum ducem capit*, & vectigalem sibi facit Bohemiam: Hungaros finitis induciis denuo in Saxoniam irruentes, maximo prælio vincit, & tributum, quod illis pendebant Saxones, in egenos distribuit.

[1] Erat

tur eum corpore pariter atque anima abripuisse.

1 Widech. lib. 1. Sigebertus.

2 *Hungari*] Henricus Auceps Hungaros atroci bello superavit ad urbem Merseburgum in Saxonia, & in ejus rei memoriam ludos publicos instituit, qui vocantur Torneamenta.

3 Luitprandus l. 2. c. 9. Sigebertus.

[1] Erat ejus consilii, proficiſci Romam, ſed valetudine impeditus, filium ſuum natu majorem [2] Othonem, imperii deſignat hæredem. *Is cum Bohemis, qui tum rebellabant, multis annis belligeravit:* Hungaros etiam, cum apud Vangiones trajecto Rheno Franconiam eſſent ingreſſi, Saxoniam inde populaturi, cædit atque fugat: Burgundiam ſibi ſubjugat: in Italiam deinde profectus magno cum exercitu, & debellatis Berengariis, alteram uxorem ibi ducit Adelheydam.

[3] Id ægrè ferens Luithoidus filius, inſidias illi ſtruit, & paſſim multos habuit conſilii ſui adjutores, ac in his Conradum Sueviæ ducem, ſororium ſuum: verùm obſeſſus à patre Ratiſbonæ, & in anguſtias redactus, veniam ſupplex petit, & impetrat.

[4] [5] Poſt hæc, Hungari, vaſtatâ Galliâ, majore, quam unquam antea, multitudine in Germaniam

1 Luitprandus lib. 4. cap. 7. & lib. 6. cap. 6. Sigebertus. Widechindus lib. 3. Dithmarus Merſeburgenſis lib. 2. Roſuitha in panegyrico, Regino l. 2. Friſingenſis l. 6. c. 19.

2 *Othonem.*] Hic *Otho* cognomine *Primus* & *Magnus*, res geſſit ampliſſimas, ita ut Carolo M. æquiparetur: jurabat per barbâ quam gerebat rufam & promiſſam; ſed væ illi contra quem per barbam ſuam jurabat!

3 Widec. in l. 2. Regino l. 2.

4 Widech. lib. 3. Dith. l. 2. Bonfinius Decadis 1. l. 10.

5 *Poſt hæc.*] Sub Othone Hungari quinque exercitibus in Germaniam

maniam irrumpunt, & prope Vindelicorum Auguſtam, in ea planitie, quæ nomen habet à Lacho flumine, caſtra faciunt. Eò Cæſar profectus cum Saxonibus, Francis, Suevis, Bavaris, Bohemis, poſt ancipitem multamque pugnam, ad internecionem propè cecidit hoſtem, aliquot ipſorum reguli in crucem actis.

[1] In Saxoniam reverſus, ac rebus ibi conſtitutis, in Italiam denuo ſuſcepit iter, ſed ante profectionem Othonem filium ſuum imperii collegam deſignavit.

[2] *Ubi tandem Romam venit, Concilium habuit, eique præfuit, & Johannem* XII. *propter crimina loco removit, & Leonem, ejus nominis octavum, inſtituit.*

[3] *Ejus exſtat inſertum juri Pontificio decretum, ubi Adriani primi exemplo conferre ſe dicit Othoni Cæſari, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum, eligendi Papam, ordinandi ſedem Apoſtolicam, & Epiſcopos confirmandi facultatem: ſimul graviſſimam pœnam iis conſtituit, qui non exſpectata Cæſaris approbatione, conſecrant Epiſco-*

niam irrupe-unt, ſed atrociſſimo prælio deleti ſunt apud Auguſtam Vindelicorum, & 5. illorum Reges Ratisbonæ ſuſpenſi fuerunt; poſt illa tempora Hungari à Germania abſtinuerunt.

[1] Dith. l. 2. Luitprand l. b. 6. c. 6. & ſeq.

[2] Roſuitha in Panegyric. Luit. lib. 2. Regino lib. 2. Sigebertus. Friſingenſis lib. 6. cap. 13.

[3] Diſt. 63. c. in Synodo congregata. Mendacem oportet eſſe memorem.

1 Diſt.

Episcopos. En alterum decretum, superioribus aliquot contrarium.

[1] Subjungitur pòst formula jurisjurandi, quo Johanni Papæ ferunt Othonem Imperatorem sese devinxisse: verùm, quis ille fuit Johannes, & quotus ejus nominis, quotus etiam Otho, non additur. Sed profectò mirum est, res tam arduas tantique momenti tam esse negligenter conscriptas. Quod si primus Otho sic juravit, est, quod ei statim posset objici. Quum enim eâ, quam dicimus, formulâ juret inter alia, fore, ut nullum Papæ creet vitæ periculum, nec honorem etiam atque dignitatem abroget quomodo consistet, quando, Johannem, sicut diximus, loco dejecit, & alterum instituit? conciliet ista qui potest.

[2] Otho propter motus, iterum in Italiam contendit, & rebus compositis domum revertens, ad initium Maii mortuus est, & [3] Magdeburgi sepultus, anno salutis nongentesimo septuagesimo quarto. Propter rerum gestarum amplitudinem & præstantem virtutem vocatur Magnus.

[1] Otho-

[1] Dist. 63. c. 24. Tibi Domino Johanni.

[2] Widech. l. 3. Dith. cap 2. Helmoldus Buzovienſis l. 1. c. 6.

[3] *Magdeburgi.*] Otho primus urbem Magdeburgum fundavit, quæ, superiori bello Germanico funditus deleta, hodie ad pristinam magnificentiam resurgit.

[1] Si-

[1] [2] Othoni ſecundo rebellabat Henricus Bavariæ dux, verùm armis fuit ad officium adductus.

[3] *Erat tum Galliæ rex Lotharius: fratrem hujus Carolum, Lotharingiæ ducem Cæſar conſtituit, ea lege, ut eſſet Imperii beneficiarius. Nam provinciam hanc à Carolo Simplici, Galliæ rege, Cæſar Henricus obtinuerat, ut tradunt Annales, & ad poſteros ordine tranſmiſit.*

[3] Hoc ipſum autem ægrè ferens Lotharius, collecto repentè exercitu Aquiſgrani celeriter accurrit, & inopinantem Cæſarem ferè oppreſſerat. Cæſar eam contumeliam ulturus, cogit manus, & Lutetiam uſque progreſſus, magna & illata, & accepta clade, pacem demùm fecit.

[5] Domum reverſus & inde Romam profectus, *Græcis, qui Calabriam & Apuliam tenebant, bellum fecit:* ſed amiſſo exercitu, per mare fugiens, *& interceptus à piratis, cùm non agnoſceretur, depenſa pecunia dimiſſus eſt:* ac Romam ubi revertit, cum reliquis copiarum Bene-

[1] Sigebertus.

[2] *Othoni ſecundo.*] Hic Otho II. dictus fuit *ſanguinarius & pallida mors Saracenorum*: fuit linguæ Græcæ & Arabicæ peritus.

[3] Sigebert. Regionis continuator.

[4] Dithmarus l. 3. Sigebert. Wilhelmus Nangius in Chronico ſuo ad annum 977. Gaguinus l. 5. c. 6.

[5] Sigebert. Dith. l. 3. Viterbienſis parte Chron. 17. hunc Othonem Sanguinarium appellatum ſcri-

Beneventum obſidet, capit, incendit, neque multò poſt in prælio cum Græcis & Saracenis, telo ſauciatus, deceſſit è vita, Romæ ſepultus.

[1] Ei ſurrogatur voluntate procerum, [2] Otho filius, inauguratus Aquiſgrani. *Papam ille conſtituit Brunonem, hominem Germanum, Gregorium quintum.* Creſcentius autem Conſul Romanus, Johannem Epiſcopum Placentinum obduxit illi adverſarium: ubi Romam ergo Cæſar venit, Creſcentium ſocioſque gravi & ignominioſo ſupplicio afficit. Joannem autem, ejus nominis XVII, oculis privat.

[3] [4] Et quia propter ſucceſſionem Imperii per-

ſcribit, ſicut & aliis pallida mors Saracenorum, dictus eſt.

[1] Dith. lib. 4. Lambertus Schafnaburgenſis. Sigebertus.

[2] *Otho filius.*] *Otho* cognomine *Puer* & *mirabilia mundi* Creſcentium, Conſulem Romanum aſino, facie averſa impoſuit, ac publico ſpectaculo circumductum deinde auribus & naribus mutilatum, ſuſpendi juſſit.

[3] Martinus Polonus in Chronicis. Leopoldus de Badenberg. de juribus regni & imperii, c. 2. Rodolphus de Columna, de tranſlatione imperii. Marſilius Patavinus de tranſlatione imperii. c. 11. Nicolaus Cuſanus de concordantia catholica, l. 3. c. 4. Antonius hiſt. part. 2. titul. 16. c. 4. Platina in vita Gregorii, aliique infiniti. Verum ab iſtis diſſentiunt Aventinus lib. 5. Annalium Boiorum, Jacobus Curio lib. 2. rerum Chronolog. Onuphrius l. 4. de Comitiis imperatoriis

perpetuæ erant turbæ, conſtituit, adjutore Pontifice, ut certi Germaniæ principes viri jus & poteſtatem deinceps haberent eligendi Cæſares: ne quis videlicet dignitatem illam, velut hæreditariam poſthac invaderet: *decretum hoc incidit in annum poſt Chriſti natalem circiter milleſimum.*

1 2 Regnabat tum in Galliis Robertus, vir pacis amans & literarum. Annales eum celebrant, quod templa multa conſtruxerit & magnificè dotarit, quodque Romam adierit religionis cauſa.

1 2 Po-

toriis, Caſpar Peucerus l. 4. Chronici.

9 *Et, quia.*] Prima origo principum Electorum Germaniæ refertur ad Othonem Tertium, qui deinde perpetua conſuetudine confirmati ad noſtra uſque tempora durant, niſi quod nupera pace Monaſterienſi octavus Electoratus fuerit additus.

1 Gaguin. lib. 5. c. 9. Roberti Galliarum regis inſignis pietas: quippe, qui aliquot ſacra cantica, quorum adhuc in Eccleſia uſus eſt, conſcripſit. Ut: Spiritus ſancti adſit nobis gratia. Item de nativitate Chriſti: Judæa & Jeruſalem. Item de S. Petro: Cornelius Centurio: Item Collecta de martyribus: Concede nobis Domine. Legatur Helgundus Floriacenſis in vita Roberti regis.

2 *Regnabat tum*] Tertia familia Galliæ vocatur *Capetingorum*, ab Hugone Capeto, qui excluſis Carolingis ſive Caroli M. poſteris, Regnum Franciæ ad ſuam familiam tranſtulit: hujus Hugonis Capeti filius fuit hic *Robertus* Monacho quam Regi ſimilior.

1 Me-

[1] [2] Poloniæ duci, Boleſlao regiam dignitatem Otho Cæſar & immunitatem tribuit, ut ipſorum habent Annales. Eſt igitur hoc illius regni principium.

[3] Ex Italia domum rediens Otho, in itinere mortuus eſt.

[4] Poſt eum fuit Cæſar Henricus, ejus nominis ſecundus, Bavariæ dux, Othonis Magni, Saxonum ducis atque Cæſaris propinquus.

[5] Is pacatis in Germania rebus, & adverſariis partim humanitate ſumma deductis ad amicitiam, partim debellatis, Italiam acceſſit, & Saracenis ereptam Apuliam Imperio reſtituit.

[6] Conſecratus deinde à Benedicto VIII. miſſo

[1] Mechovius in Chronico Polon. Martinus Cramerus lib. 3. Hiſtor. Polon. Curæus Annal. Sileſiæ parte 1. Crant. Saxoniæ lib. 4. cap. 33. His fide dignis ſcriptoribus contrà dicens Bodinus lib. 1. cap. 9. Reipubl. impudenter ſcribit: Polonos ſceptra regia ſibi ab Imperatoribus Germanicis oblata recuſaſſe.

[2] *Poloniæ.*] Regnum Poloniæ inſtitutum fuit ab Othone Tertio, nam hactenus Polonia tantum habuerat duces.

[3] Dithmarus lib. 4. Hermannus Contractus. Propter ſingularem prudentiam & ingenium excellens, Mirabilia mundi nominatus eſt, teſte Viterbienſi.

[4] *Ex Italia.*] Fuit necatus Chirothecis venenatis.

[5] Dith. lib. 5. Viterbienſis.

[6] Dith. lib. 6. Hermannus Contractus.

[7] Sigebertus Hedio parte 3. hiſtoriæ Eccleſiaſti-

missō exercitu in Germaniam, ipse per Sequanos profectus, in colloquium venit cum Roberto Gallorum rege, firmatâ utrinque amicitiâ.

[1] Fuit hic Ecclesiasticis admodum gratus Cæsar, quòd plurima in ipsos beneficia conferret.

[2] Henrico mortuo, cum inter principes Electores non conveniret, interregnum fuit aliquandiu: demum successit Franconiæ dux, Conradus. Is Hungariæ regem Stephanum ad pacis conditiones adegit, & compositis Germaniæ rebus, in Italiam, ubi ad defectionem plerique spectabant, contendit.

[3] Et primò quidem Mediolanum obsidet, postea Romam profectus, & à Joanne XXIII. consecratus, acclamante populo, salutatur Augustus. Mulctatis demum iis, qui res novas moliebantur, Italiam pacavit, & in Germaniam reversus, cùm denuo per Italiam novi motus orirentur, profectus illuc, in conjurationis authores animadvertit: in his erat Archiepis-

siasticæ lib. 9. cap. 3. eos de Ecclesiæ statu corrigendo, quidve cum Romano præsule acturi essent, cum Patavii convenissent, consilia contulisse scribit.

[1] Urspergensis. Hinc ab Helmoldo l. 1. cap. 16. Pii cognomento ornatur: Hartman. Schedel. in Chronico Humilem vocat.

[2] Urspergensis.

[3] Viterbiensis. Sigebertus, Urspergensis.

1 Fri-

chiepiſcopus Mediolani: nec prius conquievit, quàm omnia ſuæ ditionis feciſſet.

[1] His rebus perfectis, domum reverſus, Trajecti, quod eſt ad Batavorum fines oppidum, mortuus eſt.

[2] Succeſſorem habuit de principum voluntate filium Henricum, ejus nominis tertium, qui Bohemos rebellantes domuit, & vectigales fecit.

[3] Hungariæ regem Petrum, à ſuis ejectum, aliquoties reſtituit, totamque regionem pacavit, etſi non ſine magna ſuorum cæde.

[4] Romæ tum erant permagni tumultus, quia de pontificatu tres contendebant, & malis artibus omnia tentabant: Benedictus IX. Sylveſter III. Gregorius VI. Ejus rei cauſa Cæſar eò profectus, & per obſidionem urbe capta, conventus agit, & Bambergenſem Epiſcopum Suitgerum conſtituit Papam: qui mutato nomine dictus eſt Clemens ſecundus, à quo deinde fuit ipſe conſecratus.

[5] *Tunc cives denuo jurarunt in creando Papa,*

1 Friſing. lib. 6. c. 31.

2 Friſing. lib. 6. c. 32. Viterbienſis 17. parte Chronici.

3 Sigebertus. Schafnaburgenſis. Urſpergenſis. Contractus. Michael Ritius de regibus Hungariæ lib. 2. Bonfin. Decad. 2. l. 2.

4 Friſingenſis lib. 6. c. 32, & 33. Viterbienſis. Sigebertus Schafnaburgenſis. Urſpergenſis. Contractus. Sabellicus lib. 2. Enneadis 9. hos Pontifices tria rerum monſtra appellat.

5 Sigebertus. Platina in

pa, nihil niſi de Cæſaris arbitrio ſeſe facturos. Pacata iterum Italia, cum in Germaniam veniſſet Cæſar, mortuus eſt Clemens Pontifex, & Bambergæ ſepultus. Quo cognito, Cæſar Bopponem, Friſingenſem Epiſcopum, illis conſtituit Papam. Is eſt Damaſus II. Cumque & hic non amplius viginti tres dies præfuiſſet, mortuo ſuffectus eſt, mandato Cæſaris, Tullenſis Epiſcopus, Leo IX.

[1] *Hujus exſtat pars quædam Epiſtolæ, qua dicit, Epiſcopo, Presbytero, Diacono non licere cauſa religionis uxorem deſerere, ſed æquum eſſe, ut, quæ neceſſaria ſunt ad tolerandam vitam, ei ſubminiſtret: veruntamen, ut cum ea det operam liberis, minimè licere*; quum Paulus dicat, ſibi quoque liberum eſſe non minus quàm reliquis Apoſtollis, uxorem circumducere: quod quidem ille ſic interpretatur, Apoſtolis ideo fuiſſe præſto ſemper uxores, ut ab iis, quos Chriſti religionem atque fidem mariti docebant, unà cum ipſis alerentur, non autem ut conjugii munus exercerent, & in complexum

in vita Clementis II. Boppo hic Othon Friſingenſis eſt Patriarcha Aquileienſis lib. 6. cap. 33. H. Contractus Brixienſem Epiſcopum vocat.

[1] Contra Epiſtolam Nicetæ Abbatis. Diſt. 41. c. omnino 1. Cor. 3. De Niceta, ejuſque contra Romanos ſcriptis, videatur Sigebertus Gemblacenſis ad annum Chriſti 1504. Martinus Chemnitius parte 3. Concilii Tridentini, eum non Græcæ, ſed Latinæ Eccleſiæ membrum fuiſſe autumat,

xum venirent: nam idcirco Paulum circumducendi verbo, non amplectendi voluisse uti.

[1] Anno supra millesimum quinquagesimo, Roma Leo profectus, Concilium habuit Episcoporum XLII. Moguntiæ, præside Cæsare.

[2] Triennio post mortuus, Eistetensem Episcopum, Geberhardum, ita volente Cæsar, successorem habuit. Is fuit Victor II.

[3] Cæsar in Italiam profectus, ac ibi rebus compositis, in Germaniam reversus, cumque Galliarum rege Henrico, ejus nominis primo, collocutus, in Saxonia mortem obiit, [4] sepultus autem Spiræ. Morienti aderat Papa, multique alii proceres.

[5 6] Erat ei filius Henricus, adolescentulus admo-

mat, licet Græcus natione fuerit.

1 Frising. lib. 6. c. 33. Schafnaburgensis. Hermannus Contractus. Urspergensis. Crantzius Sax. l. 4. c. 34.

2 Urspergensis. Lambertus Schafnaburgensis, continuator Contracti.

3 Lambertus Schafnab.

4 *Sepultus.*] Spira proprius quasi locus Cæsarum sepulturæ, destinatus, quemadmodum hodie multorum Imperatorũ sepulchra magnifica ibi conspiciuntur.

5 Frising. lib. 6. c. 34. Schafnaburgensis. Sigebertus.

6 *Erat ei.*] Hic est *Henricus* IV. Imperator & fortissimus, & infelicissimus, qui totam vitam inter maximas turbas, bella & calamitates transegit, fortunæ ludibrium, Paparum vexatio, filiorum furor & denique exemplum in magna potentia miserabile: adhuc puer matri per vim fuit ereptus,

admodum, sed jam antea designatus Cæsar: administratio autem penes matrem erat, & Episcopum Auguſtanum.

[1] Non ereptus, ab Annone Episcopo Colonienſi & Egberto Marchione Miſnæ, ſed Henricus in Rhenum ex-Scapha ſe præcipitavit, ibique ſubmerſus fuiſſet, niſi eum capillis ereptum Egbertus extraxiſſet. Inde commiſſus fuit Adelberto Epiſcopo Bremenſi, apud quem in omnibus flagitiis juventutem tranſegit, atque hic omnium malorum fuit Henrico cauſa. Quippe impulſu Adelberti Henricus multa inſolenter & iniquè patravit, ſeque omnibus bonis pariter ac malis exoſum reddidit. Hanc occaſionem fronte capillata arripuit *Hildebrandus* ſive *Gregorius* VII. Papa Rom. quod Henricus IV. excommunicavit ac imperio ſpoliavit. Saxonibus contra eum Henricum irritatis, cum quibus acerrima bella geſſit Henricus & quanquam multis præliis profligati, acriores ſemper iras ſumpſerunt, neque diu in fide data manſerunt, animati autoritate Pontificis; Et quicquid tandem conaretur Henricus, tamen Papæ Rom. ſe ſubjicere coactus fuit. Venit igitur in Italiam ſolus, deſertus ab omnibus & integrum triduum, acri Hyeme, capite & pedibus nudis lacera veſte, famelicus, in veſtibulo arcis Canuſinæ in qua tum Papa Gregorius erat, à mane ad veſperam ſteti, flebiliter abſolutionem petens. Papa interea inter brachia ſuæ Mechtildis recubans & de feneſtra proſpectans Henrico ſupplici inſultabat, donec tandem quarta die turpiſſimis & intollerandis conditionibus fuit abſolutus. Henricus cum putaret ſe jam omne periculum evaſiſſe, mox in majores calamitates incidit, contemptus ab Italis pariter ac Germanis.

[1] Non multo post moritur etiam Victor II. Papa, quum paulo amplius biennio præfuisset: ei successit Fridericus, è familia Lotharingica, dictus Stephanus IX. Eo paucis post mensibus extincto Florentiæ, Benedictus quidam, auxilio suorum, inconsulto Cæsare, Papatum invasit, ejus nominis decimus. Romani hoc factum minimè probant, suique purgandi causa missis ad Cæsarem legatis, quam ipsius parenti fidem præstitissent, eandem ei quoque deferunt, & ut legitimum aliquem Pontificem constituat, orant. Itaque dejecto Benedicto, Florentinum Episcopum Gerhardum Cæsar illis tribuit, qui fuit Nicolaus II.

[1] Rem-

manis: quo animadverso Papa eum denuo excommunicavit, alium Cæsarem elegit, *Rudolphum* Sueviæ ducem, cui auream coronam misit cum hac inscriptione.

Petra dedit Petrò, Petrus diadema Rudolpho.

Sed Rudolphus prælio fuit superatus ab Henrico & ipsi dextra amputata, qua conspecta dixit, ad Episcopos.

Hæc est illa manus quæ fidem juraverat Henrico Domino meo.

Sub Imperatore Henrico accidit famosa illa expeditio Christianorum in terram sanctam pro recuperanda Hierosolyma, cujus dux fuit *Godefridus* Bulionæus. Hierosolyma capta fuit à Christianis A. 1099. Tandem Henricus IV. à proprio filio Henrico V. imperio nefarie spoliatus & in exilium pulsus in summa miseria obiit Leodii ac multis annis insepultus, propterea quod excommunicatus obiisset, jacuit.

[1] Schafnaburg. continua

[1] Rempublicam geri per fœminam, Cæsaris matrem, ut suprà dictum est, Germaniæ principes molestè ferebant: quapropter inventa ratio fuit, ut ab illa distraheretur filius: quo facto, rei summa penes Moguntium & Colonienſem Archiepiſcopum in primis erat. Ab his nonnunquam adhibitus Bremenſis Archiepiſcopus Adelbertus, mirè gratioſus regi adoleſcenti fuit: cumque ſolus illum poſſideret, *bona ſacra ſibi ſuiſque diſtribuit, Abbatias inprimis; & ut minori flagraret invidia, Cæſari perſuaſit, ut aliis etiam principibus illas conferret.*

[2] Interea Nicolaus II. moritur, cui Parmenſem Epiſcopum Cæſar ſubſtituit: & quia ſenatui Romano nihil communicaverat, ideoque ad turbam res ſpectabat, Lucenſis Epiſcopus fuit electus, Alexander II. Dimicatum quidem fuit inter eos acerrimè, ſed Alexander tamen, ſuperior armis, rem obtinuit.

[3] Bremenſis Archiepiſcopus, quum ſolus adminiſtraret apud Cæſarem omnia, collegas in ſe concitavit Epiſcopos, ab iiſque demùm fuit

nuator Contracti. Autor vitæ Henrici. 4.

[1] Schafnab. Urſperg.

[2] Friſingenſis l. 6. c. 34. Sigebertus.

[3] Schafnab. Adamus Bremenſis lib. 4. Bremenſis hic Archiepiſcopus Adelbertus fuit, non, ut quidam volunt, ex Bavaris oriundus, ſed Friderici Saxoniæ Palatini F. *Othonis primi, Wetinenſis familiæ*, nepos: princeps magni-

fuit ejectus: & quanquam loco deinde restitutus fuit, tamen non diu supervixit, & Cæsar necessitate coactus, quum de Reipublicæ statu plerique omnes quererentur, Colonienſem Archiepiſcopum, Annonem, ut procurationem ſuſciperet, orabat. Is autem quum inſolenter & iniquè multa fieri videret, excuſans ætatē & valetudinem, munus ei poſtea reſignat.

[1] Tunc verò Cæsar XXII. annorum adoleſcens, natura proclivis ad vitia, magis etiam laſcivire cœpit: & quum uxorem Bertham alioqui non amaret, multas fovebat concubinas: deinde paſſim in Saxonia caſtellis excitatis, in ſervitutem eos redigere cogitabat, neque ſuos adminiſtros, qui libidinosè multa facerent, & inſolenter, coercebat.

[2] Saxones igitur, tam proceres, quam Epiſcopi, ſancito fœdere, de vindicanda libertate, arma capiunt, quæ vix tandem poſt multam interceſſionem depoſuerunt, cùm poſtulatis eorum ille ſatisfeciſſet, fuga nocturna vix elapſus.

[1] Alexan-

magnificus, & ad ſumma natus, ad quæ contendenti mirabilis fortunæ viciſſitudo objecta eſt. Vide Adamum Bremenſem canonicum, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. Albertum Stadenſem, & Albert. Crantzium in Metropoli.

[1] Urſpergenſis. Bertha uxor Henrici 4. nominatur à Viterbienſi Othonis Italiæ Marchionis filia.

[2] Schafnaburgenſ. Autor vitæ Henrici, Helmol-

[1] Alexandro II. mortuo, Romani proceres, inconſulto Cæſare, ſubſtituerunt Hildebrandum, qui Gregorius dicitur, ejus nominis ſeptimus. Eo cognito, Cæſar per legatos cum illis expoſtulat: ſimul Papam, ut ſibi de eo ſatisfaciat, monet. Ille, ſe invitum, nihilque tale cogitantem, ad munus hoc eſſe pertractum, nec inaugurari voluiſſe reſpondet, antequam ipſe, cæterique Germaniæ principes electionem approbaſſent. Ita Cæſarem placavit, & ipſius vol. ntate poſtea fuit confirmatus.

[2] *Miſſis deinde legatis in Germaniam, Epiſcopis aliquot, Synodum per illos habere volebat: Epiſcopi verò noſtrates illud recuſabant, quod contra morem & nationis privilegium eſſe dicerent.* Cum hoc non ſuccederet, Conciliis aliquot habitis per Italiam, decernit, ne ſacrifici habeant uxores, verùm ut eas ab ſe dimittant, aut loco decedant. Hoc ſuum decretum in Germaniam emiſſum ad Epiſcopos, urgebat omnino ſanciri, conſtituta pœna: clerus autem, uti vocant, & ſacrificorum turba ſtrenuè reclamabat, hæreticum vocans, qui tam impium dogma proponeret: Chriſti dictum videlicet eſſe, quod non omnes verbum iſtud capiant: Pauli dictum eſſe, ut, qui non continent, uxorem ducant: iſtum autem, poſthabito Chri-

moldus l. 1. cap. 27. & ſeq.
[1] Friſing. lib. 6. c. 34.
Platina. Schafnaburgenſ.
[2] Schafn. Sigebert. Mat. 19. 1 Cor. 7.

Chriſti verbo, & contempta Pauli authoritate, velle homines cogere, ut legitimum & à Deo ſancitum uſum matrimonii, projiciant, & turpiſſimis flammis urantur, & in manifeſta flagitia ruant: ſe potius ab Eccleſiæ miniſterio diſceſſuros, quàm à matrimonio.

[1] Cum ille nihilo ſecius, identidem miſſis internunciis, rem urgeret, & acriter inſtaret, Moguntinus Epiſcopus ei morem gerere cogitabat, & primò quidem leniter ſuos monebat: pòſt autem Erphurdiæ habito Concilio, planè rem conficere volebat: ſed parum abfuit, quin impetu facto, trucidaretur.

[2] Interea Cæſar, ut anni ſuperioris ignominiam ulciſceretur, quando circumſeſſus à Saxonibus, fuga ſibi ſalutem nocturno tempore quæſierat, arma parat, &, rupta pace, quam anno ſuperiori fecerat, quantas omnino poteſt, copias colligit, & menſe Julio Saxones, qui crebris legatis pacem fruſtrà ſollicitarant, aggreſſus, ingenti prælio vincit, non abſque magna clade ſuorum, deſideratis ex prima nobilitate non paucis.

A victoria progreſſus, longè latéque fines eorum populatur, & per internuncios, ut ſeſe dedant, hortatur, à ſua benignitate ſperare omnia jubet, ſed id fruſtra fuit, tametſi pauci qui-

[1] Schaſnab. Naucle-rus volum. 2. gener. 36. Carolus. Sigon. lib. 6. de regno Italiæ.

[2] Schaſnab.

1 Schaſ-

quìdam obtemperarunt. Saxonicum bellum gubernabant inprimis Halberſtatenſis Epiſcopus, Bucco, & Bavariæ dux, Otho, profligatus à Cæſare.

[1] Moguntinus iterum ſollicitatus à Gregorio VII. Concilium alterum habet, deque Cleri cœlibatu denuo proponit: ſed eodem modo fuit exceptus ut nuper, inque magno verſabatur vitæ diſcrimine: quare cogitationem hanc omnem ſibi deponendam eſſe judicabat.

[2] Saxonibus profligatis, exercitum Cæſar dimiſerat, & principes auxiliares: verùm ea lege tamen, ut ad XI. Calendas Novembris iterum ſibi præſtò eſſent armati. Cum is dies veniſſet, aderant plerique, & in his Epiſcopi multi, ſed non eo numero, quo prius. Ibi denuo Saxones de pace legatos mittunt, poſitis caſtris apud Northuſium. Cæſar hanc unam eſſe pacis rationem oſtendit, ſi ſeſe dedant: & quanquam illi quidvis facturi potius viderentur, quàm hoc ipſum, tamen, cùm interceſſores & legati à Cæſare miſſi viri principes ampliſſimè illis pollicerentur, fore nimirum, ut neque libertatis, neque bonorum facerent ullam jacturam, aſſenſerunt tandem, inque poteſtatem ejus venerunt Magdeburgenſis, Halber-

1 Schafnab. Naucle-rus.

2 Helmoldus lib. 1. cap. 27.

berſtatenſis Epiſcopi, Bavariæ dux Otho, Saxoniæ dux Magnus. Fridericus comes Palatinus: deinde ex reliqua nobilitate quamplurimi.

[1] Cæſar initio quidem cuſtodias illis poſuit non illiberales, verùm poſtea diſcedens à pactis, in diverſa loca juſſit eos deportari, Bavariæ vero ducem Othonem deinde non ſolum liberavit, ſed perfamiliarem etiam habuit, reliquos autem, neque miſſos fecit, & ipſorum bona dedit aliis diripienda: deinde novis caſtellis atque propugnaculis extructis, omnino cervicibus imminebat & libertati Saxonum: toti verò adminiſtrationi per ſuam abſentiam præfecit Othonem Bavarum, qui genùs ducebat è Saxonia.

Bambergenſibus deinde conſtituit Epiſcopum, & Colonienſibus; & Fuldenſibus Abbatem.

Delatus autem jampridem ad Papam fuit, hoc nomine potiſſimum, quod præfecturas Eccleſiaſticis divenderet: itaque per legatos Pontifex eum citat, ut intra certum diem Romæ ſit præſtò, cauſamque dicat: ille autem Wormatiæ conventus agit Epiſcoporum & Abba-

[1] Sigebert. Marianus Scotus l. 3. ætate 6. Apud Sigonium de regno Italiæ lib. 9. exſtat fulmen Pontificium in Henricum Imp. vibratum, plenum arrogantia & impietate. *De hac excommunicatione ſic loquitur Otho Friſingenſis Epiſcopus: Lego & relego*

Abbatum: ibi decernitur, quia malis artibus ad Pontificatum ille veniſſet, removendum eſſe loco: ſimulque per legatos hoc Romam nunciatur: ſed Pontifex nihil eo commotus,& illum excommunicat, & Moguntinum, & Trajectenſem, & Bambergenſem Epiſcopos, inprimis, cùm antea quoſdam ejus familiares excommunicaſſet, quorum conſiliis putabat eum ad ejuſmodi res impelli.

[1] Porro Germaniæ principes aliquot vehementer offenſi moribus ingenioque Cæſaris, præſertim, quod præter datam fidem Saxones odio tam obſtinato perſequeretur, *conjurant in illum, eoque magis, quod ei ſacris eſſet interdictum:* ideoque captivos deditios, quorum ipſi cuſtodiam haberent ab Cæſare demandatam, dimittunt, quod nulla fide ſe putarent ei devinctos.

[2] Eodem tempore, quidam ex nobilitate per Saxoniam, concitatis aliis, & in ſuas partes adductis, caſtella paſſim exſtructa partim vi,& imperio, partim deditione capiunt, & præſidiarios dimittunt incolumes, jurejurando prius obſtrictos, ne pòſt in Saxonia militarent.

Eo

relego Romanorum regum & Imperatorum geſta, & nuſquam invenio quenquam eorum, ante hunc à Romano Pontifice excommunicatum vel regno privatum. lib. 6. Chronic. cap. 35.

[1] Avent. lib. 5.

[2] Schafnaburg. Bertholdus Conſtantienſis.

Eo cognito, Cæſar, aſtuto quodam conſilio, reliquos principes captivos ultro dimittit, ut in Saxoniam reverſi, fidelem operam ei præſtarent in plectendis rebellibus: *nec enim alia ratione facilius ad optatum finem ſe poſſe pervenire videbat, quam ſi factiones inter ipſos excitaret, & alteros ab alteris divelleret:* ſed non reſpondit eventus: nam donium illi reverſi, quod perſpectum haberent ejus ingenium, conjunctis animis & viribus, pro communi libertate ſibi pugnandum judicabant: idem quoque dux Otho fecit, illo deſerto: cumque bonæ ſpei plenus per Bohemiam Cæſar in agrum Miſenum irruiſſet, Bohemicis copiis adjutus, certior factus de concordia Saxonum, & exercitu jam inſtructo, rebus deſperatis abiit.

Tunc demum Germaniæ principes conſtituta die, maximo numero conveniunt: venit etiam eò legatus Papæ, & cauſis explicatis, hortatur eos, ut alterum crearent, quod illi ſua ſponte facturi erant alioqui. Nam inde à teneris annis repetita Cæſaris vitia, labem & dedecus & opprobrium imperii illum eſſe demonſtrant: & quia graviſſimis cladibus rempublicam affecerit, abrogandum ei magiſtratum eſſe decernunt. In his anguſtiis ille poſitus, deprecari cœpit per legatos, atque ſupplicare. Poſt multam actionem hæc ei conditio proponitur: Judicio ſe ſiſtat, & cognitioni ſubjiciat Papæ, quem Auguſtam evocaturi

ſint

sint ad Calendas Februarias: *absolutionem impetret illius, ante diem anniversarium excommunicationis: nisi faciat, tota causa ceciderit: copias dimittat: Spiræ privatus interim vivat parva cum familia: publicam rem nullam gerat, neque fasces, vel imperii sibi sumat insignia, donec legitimè sit decisa controversia.* Recipit ille conditionem, & Spiræ dum esset, consilium init adeundæ Italiæ; quo Papam sibi maturè placaret.

Ingressus iter cum uxore & filiolo, per Burgundiam atque Sabaudiam, hyeme acerrima, non sine summa difficultate vitæque periculo, vix tandem in Italiam descendit, amanter exceptus à magnatibus & Episcopis ejus regionis, quod animo in Pontificem irato illum eò venisse putarent.

Pontifex interim, Germaniæ principum rogatu, susceperat iter, & progressus aliquousque de Cæsaris adventu cognoscit. Itaque subsistit, ut ejus rei causam intelligat.

Cæsar deinde, missa legatione splendida, & in hac fœminis aliquot illustribus, quas inter una ferebatur obsequentior esse Papæ, de absolutione Pontificem orat: gravatè quidem ille primò, neque sibi licere quicquam in eo facere dicebat, nisi coram adsint accusatores: post multam actionem expugnatus demùm precibus non abnuit.

[1] *Cæsar autem, antequam in illius conspectum veniret, totum triduum permansit in arcis, ubi Pontifex erat, area & vestibulo, tenui simplicique cultu, depositis regiis insignibus, nudis pedibus, & ad vesperam usque jejunus.* Quarto demum die admissus est: ibi tum has ei leges Papa proponit: sistat se cognitioni suæ, respondeat accusationibus principum, convictus ab Imperio decedat, neque vindictam ullo tempore moliatur: interea vivat privatus: neque publico nomine aliquid gerat: fidem etiam & jusjurandum suis remittat: consiliarios & familiares ab se removeat: si quid contra faciat, nullum fore, quod nunc ei detur, beneficium, & principibus futurum esse liberum, ut mox alium sibi deligant. Has leges ubi probasset ille, Papa missificat: & ut de criminibus intentatis sese purgaret, panem azymum, quem corpus domini vocant, sumit, magnis imprecationibus caput salutemque suam devovens, nisi conficta sint ab adversariis omnia: deinde Cæsarem, si principum criminationes objectas esse falsas, & injuriam sibi fieri putet, hortatur, ut idem ipse faciat, & alteram consecrati panis particulam sumat: cùm autem ille excusaret, neque se commodè jam hoc posse facere doceret, nihil amplius urgebat

[1] Benno Cardinalis in vita Gregorii VII. Urspergēsis. Berthold. Constantiensis.

[1] Schaf-

bat Papa, ſed exceptum convivio perhumaniter dimiſit.

[1] Ea re cognita, *proceres Italiæ vehementer offenſi fuerunt, quod tam fœdè, tamque indignè ſe ſubmiſiſſet illi, qui peſſimis artibus Papatum invaſiſſet, qui cædibus & adulteriis omnia polluiſſet*: in ipſo, qui juſtitiæ ſit patronus, & ara præſidiumque legum, omnem ſeſe ſpem habuiſſe collocatam, & non ſolùm excommunicationem contempſiſſe, verùm etiam in ejus grátiam acres cum Papa exercuiſſe inimicitias: nunc verò ipſum turpiſſimo planè ad omnem poſteritatem exemplo, gravem hanc, & indelebilem Imperio maculam inuſſiſſe, cumque publico, tam Eccleſiæ, quam reipublicæ hoſte, in gratiam rediiſſe. Hæc, & id genus alia multa jactabant, deque filiolo Cæſaris eligendo, Romamque traducendo, & dejiciendo Pontifice cogitabant.

[2] Cæſar, eo cognito, nulla ſe ratione melius poſſe placare illos videbat, quàm ſi à pactione diſcederet, & ipſis conjungeretur. Quod cùm faceret, Pontificis conſilia planè turbavit, ſic ut ille ſuſceptum in Germaniam iter omittere cogeretur.

Quod ergo proximum erat, Germaniæ principibus, quid actum eſſet, per legatos nun-

1 Schaſnab. | Conſtantienſis.
2 Urſperg. Bertholdus |

[1] *Cæſar autem, antequam in illius conſpectum veniret, totum triduum permanſit in arcis, ubi Pontifex erat, area & veſtibulo, tenui ſimplicique cultu, depoſitis regiis inſignibus, nudis pedibus, & ad veſperam uſque jejunus.* Quarto demum die admiſſus eſt: ibi tum has ei leges Papa proponit: ſiſtat ſe cognitioni ſuæ, reſpondeat accuſationibus principum, convictus ab Imperio decedat, neque vindictam ullo tempore moliatur: interea vivat privatus: neque publico nomine aliquid gerat: fidem etiam & juſjurandum ſuis remittat: conſiliarios & familiares ab ſe removeat: ſi quid contra faciat, nullum fore, quod nunc ei detur, beneficium, & principibus futurum eſſe liberum, ut mox alium ſibi deligant. Has leges ubi probaſſet ille, Papa miſſificat: & ut de criminibus intentatis ſeſe purgaret, panem azymum, quem corpus domini vocant, ſumit, magnis imprecationibus caput ſalutemque ſuam devovens, niſi confecta ſint ab adverſariis omnia: deinde Cæſarem, ſi principum criminationes objectas eſſe falſas, & injuriam ſibi fieri putet, hortatur, ut idem ipſe faciat, & alteram conſecrati panis particulam ſumat: cùm autem ille excuſaret, neque ſe commodè jam hoc poſſe facere doceret, nihil amplius urgebat

[1] Benno Cardinalis in vita Gregorii VII. Urſpergenſis. Berthold. Conſtantienſis.

1 Schaf-

bat Papa, ſed exceptum convivio perhumaniter dimiſit.

1 Ea re cognita, *proceres Italiæ vehementer offenſi fuerunt, quod tam fœdè, tamque indignè ſe ſubmiſiſſet illi, qui peſſimis artibus Papatum invaſiſſet, qui cædibus & adulteriis omnia polluiſſet*: in ipſo, qui juſtitiæ ſit patronus, & ara præſidiumque legum, omnem ſeſe ipſem habuiſſe collocatam, & non ſolùm excommunicationem contempſiſſe, verùm etiam in ejus grâtiam acres tum Papa exercuiſſe inimicitias: nunc verò ipſum turpiſſimo planè ad omnem poſteritatem exemplo, gravem hanc, & indelebilem Imperio maculam inuſſiſſe, cumque publico, tam Eccleſiæ, quam reipublicæ hoſte, in gratiam rediiſſe. Hæc, & id genus alia multa jactabant, deque filiolo Cæſaris eligendo, Romamque traducendo, & dejiciendo Pontifice cogitabant.

2 Cæſar, eo cognito, nulla ſe ratione melius poſſe placare illos videbat, quàm ſi à pactione diſcederet, & ipſis conjungeretur. Quod cùm faceret, Pontificis conſilia planè turbavit, ſic ut ille ſuſceptum in Germaniam iter omittere cogeretur.

Quod ergo proximum erat, Germaniæ principibus, quid actum eſſet, per legatos nun-

1 Schafnab. | Conſtantienſis.
2 Urſperg. Bertholdus |

nunciat, utque reipublicæ prouideant, hortatur. Fuit hoc anno ſupra milleſimum ſeptuageſimo ſeptimo.

[1] Principes ergo Rudolphum, Sueviæ ducem, creant Cæſarem: eum conſecrat Moguntinus: In Germaniam autem revertens Henricus colligit copias: idem facit Rudolphus, qui Saxonum auxiliis potiſſimum nitebatur, & tertio conflictu graviter vulneratus, non multo poſt è vita deceſſit.

[2] Henricus ab ea victoria conventus agit Brixiæ. Fit decretum ab Epiſcopis, qui aderant, tam Italis, quàm Germanis, Gregorium non eſſe legitimum urbis Romæ Epiſcopum. Itaque ſurrogatur in ejus locum Archiepiſcopus Ravennas, Victor III. Eo facto decreto, Cæſar Romam contendit, Gregorium obſidet, fuga tandem dilapſum. Victorem III. confirmat, ab eoque conſecratur.

[3] Gregorio mortuo, qui fuit alter ab eo Pontifex, Urbanus ſecundus, Gergoviæ, Arvernorum oppido, Claremontium vulgò vocant, ubi

[1] Sigebert. Autor vitæ Henrici 4. Friſingens. l. 6. c. 35. & de geſtis Friderici lib. 1. cap. 28, & 29. Bertholdus Conſtantienſis.

[2] Friſing. de geſtis Friderici lib. 1. c. 1. Urſperg. Guiliel. Tyrius. l. 1. c. 14. & 15. Æmilius lib. 4. Bion. Decad. 2. lib. 4. Helmoldus hiſtoriæ Slavicæ lib. 1. cap. 30. Marianus Scotus l. 3. ætate 6.

[3] Gaguin. lib. 5. c. 1. Bellum hoc ſacrum deſcripſerunt præter Guilielmum Tyri Archiepiſcopum,

ubi conventus erat multorum procerum, Philippo, ejus nominis primo in Galliis regnante, bellum Saracenicum persuadet: cujus deinde fuit Imperator Godefridus Bulionius, qui feliciter multa gessit, ac Hierosolymam recuperavit.

[1] Urbani successor, Paschalis II. infestus quoque Cæsari fuit. Profecturus igitur ejus rei causa in Italiam, filium sibi successorem Cæsar designat.

[2] Is autem exstimulatus ab aliis, & oblitus officii, quod natura nobis insitum est, in summas angustias parentem conjecit, & abdicare se magistratu coëgit, quum & Papam & plerosque Germaniæ principes haberet sui consilii factique socios. [3] Itaque Cæsar factus est, ejus nominis quintus, patre Leodii pòst mortuo in ærumnis.

[1] Alicopum, autor Chronici Hierosolymitani à Reineccio editi, Fucherius Carnutensis Balduini regis capellanus, Robertus Monachus, Benedictus de Accoltis.

[1] Helmoldus l. 1. c. 32.

[2] Urspergensis. Frising. l. 7. c. 12. Viterbiens. De hoc Imp. Henrico IV. sic scribit Vincentius in speculo historiali lib. 26. cap. 117. Henricus ore facundus fuit, acer ingenio, eleemosynis largus. *Sexagies & bis acie collata dimicavit.*

[3] *Itaque Cæsar.*] *Henricus* V. impius in Patrem filius, non minus exagitatus fuit à Papis, ac tandem coactus bonis Ecclesiasticis cedere & Papæ tradere omnes Episcopatus sive jus investituræ per annu-

[1] Aliquot pòſt annis Italiam invadit, ingenti cum exercitu, ut diſſidium, quod erat inter rempublicam imperii & pontificatum, componeret, & ferro patefactâ ſibi viâ, Romam demum venit.

[2] *Cæterum, inde à Conſtantino, Cæſares conferebant honores ac dignitates Eccleſiaſticas:* id autem ægrè tandem tulerunt Pontifices, opibus amplificati, quaſi rem indignam, eaque de cauſa ſimultates omnes inter ipſos exarſerunt.

Hic ergo Cæſar, quum jus atque poteſtatem ſuam urgeret, magnus eſt Romæ natus tumultus, ita quidem, ut excitatus noctu Cæſar, ſubvenire ſuis, qui paſſim cædebantur in urbe, cogeretur. Profligatis autem factioſis, Paſchalem II. capit, neque prius, quam ſibi factum eſſet ſatis, dimiſit, ſancito fœdere: ſed reverſo in Germaniam Cæſare, Pontifex à pacto diſcedit, quod ſanctiſſimis verbis juraverat, & Cæſarem excommunicat. Ea res multos

annulum & baculum. Ita Papa Rom. tandem per vim extorſit Imperatoribus ſupremam dominationem, eoſque ſibi tanquam mancipia ſubjecit.

[1] Friſing. lib. 7. c. 14.

[2] Friſing. lib. 7. c. 12. Helmoldus l. 1. c. 40. Urſpergenſ. Sigebert. Viterbienſ. parte Chronici 17. *Livius lib.* 30. *Nihil in ſpeciem fallacius eſt, quam prava religio. Ubi Deorum numen prætenditur ſceleribus, ſubit animum timor, ne frandibus humanis vindicādis divini juris aliquid immiſtum violemus.* Q. Curtius lib. 4. *Nulla*

tos Germaniæ principes ad rebellionem commovit, & in his præcipuè Moguntinum.

[1] Cæsar in Italiam profectus, legatos ad Pontificem mittit de pace, sed inter agendum moritur Pontifex: ei succedit Gelasius II. Cæsar, quod de electione non esset interpellatus, Romam venit, & alium constituit: Gelasius ejectus, Cæsarem & Papam, ab eo constitutum excommunicat: cumque per Germaniam ejus legati defectionem suaderent, ac principes idcirco convenissent, domum redire Cæsar coactus est; sed interea mortuo Gelasio, Romani Calixtum II. eligunt. Is loco deturbat eum, quem odio Gelasii Cæsar creaverat, & intercedentibus nonnullis, cum Cæsare transigit.

[2] Henrico V. succedit [3] Lotharius ejus nominis tertius è Saxoniæ ducum familia. Hunc Sue-

Nulla res efficacius multitudinem regit, quam superstitio, alioquin impotens, sæva, mutabilis, ubi vana religione cæpta est, melius vatibus, quam ducibus suis paret.

[1] Helmoldus lib. 1. c. 14. Sigebert. continuator, Viterbiens. part. 17. Quibus conditionibus transactum sit, explicat Frisingens. lib. 7. cap. 16. Crantzius Saxoniæ lib. 5. cap. 42. Sigon. de regno Ital. l. 10. Platina in Calixto.

[2] Ursperg. Albert. Abbas Stadiens.

[3] *Lotharius.*] *Lotharius* hic non 3. sed 2. est ejus nominis; cujus imperium proterea maximè memorabile est, quod sub eo *corpus Juris* Justiniani in Academias introductum

Sueviæ dux Conradus oppugnabat, indignè ferens, ad Saxones rediisse rerum summam, & in Italiam profectus, occupandi regni causa, cum interim Lotharius Germaniam teneret, destitutus auxiliis, domum rediit, pacemque cum Cæsare fecit.

[1] Erat tum Romæ Pontifex Innocentius II. Huic adversabatur Anacletus, & quoniam ampla natus erat familia, cedere fuit coactus Innocentius. Verùm implorato Cæsaris auxilio, restitutus est.

[2] In Germaniam reversus, & ibi rebus compositis, in Italiam redit Cæsar ingenti cum exercitu: civitates aliquot rebellantes domat, & in his Anconam atque Spoletum. Siciliæ regem Rogerium ex Apulia atque Campania profligat, *& inde à Carolo Magno vix alius majora per Italiam egisse fertur.*

[3] *In lucem quoque tunc revocatum fuisse traditur, bellorum tempestatibus oppressum jus civile, quod Justiniani Cæsaris mandatis consutum esse diximus.*

1 2 Suc-

ctum fuit. Primus Professor juris ab Imperatore constitutus fuit quidam *Irnerius*, & ab eo tempore leges Romanæ foro & curiâ florere cœperunt.

[1] Frising. lib. 7. cap. 18.

[2] Frising. lib. 7. cap. 19. & 20. Ritius de regib. Siciliæ l. 1. Pfiffingensis l. 7. c. 15. Urspergensis. Helmoldus 1. c. 55.

[3] Urspergensis. Aventinus l. 6. Sigonius de regno

[1] [2] Succeſſorem habuit Conradum Sueviæ ducem. Bavariæ dux tum erat Henricus, cognomento Superbus, & idem Saxoniæ dux per matrimonium, quod Lotharii Cæſaris eſſet gener. Is imperium affectans, & multa molitus in Cæſarem, proſcriptus fuit, ejuſque poſſeſſiones aliis conceſſæ. Henricus autem recuperata Saxonia, cum in Bavariam contenderet, mortuus eſt relicto filio: in cujus gratiam Saxones rebellabant Cæſari, nec id modo, verùm etiam Vuelpho, Henrici mortui frater, armis ſibi vendicabat Bavariam, ejecto Ludolpho cui Cæſar eam provinciam dederat.

[1] Pau-

gno Italiæ l. 11. Theodorus Bibliander in Chronologia.

[1] Friſing. lib. 7. c. 33. & 35. Ludolphus hic Auſtriæ dux fuit, S. Leopoldi filius. Aventinus l. 6.

Succeſſorem.] Hic eſt *Conradus* dux Sueviæ, ſub quo natæ fuerunt famoſæ illæ factiones Guelforum & Gibellinorum. *Guelfi* vocabantur, qui partes Papæ contra Imperatores defendebant, *Gibellini* qui partes Cæſaris contra Papam tuebantur & ab eo tempore tota Germania & Italia in has duas factiones fuit diviſa, quod in Italia in hunc uſque diem adhuc durant. Sub eodem Conrado III. accidit famoſum illud factum fœminarum in obſidione Winsbergi. Cum enim Cæſar Conradus ibi obſedisſet ſuos hoſtes Guelfos, fœminæ liberum abitum cum illis quæ geſtare poſſent paciſcebantur, idque facile impetratum, cum Cæſar in imbellem ſexum ſævire nollet. Singulæ igitur fœminæ maritos, parentes, fratres aut cognatos, humeris ſuis ſuſceptos abſportarunt.

[1] Paulo ante diximus, quem ad modum regem Siciliæ Rogerium Cæsar ejecerit: cùm autem ad hunc modum tumultuaretur Germania, Rogerius occasionem nactus, invasit Siciliam, & Cæsaris præfectum exturbat: deinde Vuelphonem magnis instigat pollicitationibus, ut pergat facessere negotium Cæsari: facit idem Hungariæ rex & ipse metuens.

[2] Tandem profectus in Saracenos, & amisso exercitu, domum reversus, cùm in Italiam proficisci cogitaret, rebus omnibus instructis, Bambergæ mortuus est.

[3] Successit ei fratris filius [4] Fridericus Ænobarbus Sueviæ dux, ejus nominis primus, Heroici vir ingenii.

[1] Is

runt. Quod cùm ageret Cæsar, erat deceptus à fœminis. Servavit autem fidem, probavit affutiam muliebrem, & hostes suos incolumes dimisit.

[1] Ursperg. Viterbiensis. Bonfin. Decad. 2. l. 6. Geysa secundus Ungariæ rex, Geysæ Magni pronepos, Botycham, vel, ut alii vocant, Proycum filium Calomanni regis, ex adulterio natum, regno ejecit, ob id ei Imperator offensus erat. Ritius l. 2. de regibus Hungariæ. Aventinus l. 6.

[2] Æmil. l. 5. Aventinus l. 6. Frising. de gestis Frid. l. 2. c. 1.

[3] Frising. lib. 2. c. 11. Otho de S. Blasio. lib. 6. c. 7. Urspergensis.

[4] *Fridericus.*] Quem Itali à rubra barba vocarunt Ænobarbum vel *Barbarossam*: huic etiam perpetuæ fuerunt lites cum Papa Romano, à quibus totâ vitâ miserè exagitatus fuit. Nam Papa

[1] Is initio regni principes Germaniæ pacavit, & diſſidium illùd, quod erat in Saxonia Bavariaque, ſuſtulit; poſt magno cum exercitu Italiam adit: Veronenſes, à quibus erat contemptus, mulctat, & exempli cauſa primis aliquot laqueo gulam frangit. *Circa Placentiam excubias ſibi fieri jubet, à principibus omnibus, imperii beneficiariis. Mediolanum obſidet, Aſtam diruit, Dertonem complanat.*

[2] Romam profectus, conſecratur ab Adriano IV. Cives tumultuantes opprimit: Spoletum

Papa ſibi arrogabat jus creandi & deponendi Cæſares. Fredericus, in Italiam multoties profectus, graviter rebelles affixit, imprimis Mediolanenſes, quam urbem tandem funditus evertit ac aratro ſuperinducto ſolo æquavit: Alexandrum III. Papam Rom. in urbe Venetiarum obſedit, ſed pace facta ſe ad pedes Papæ proſternere coactus fuit. Papa collum ejus conculcavit additis his verbis: *Super aſpidem ambulabis & colla leonum conculcabis*: cumq; Fridericus regereret, *non tibi ſed Petro*, Papa reſpondit, *& mihi & Petro*. Tandem Fridericus expeditionem Hieroſolymam ſuſcepit ac in Cilicia flumen Cydnum lavandi gratia ingreſſus in eo periit.

[1] Gunth. Ligurini 3. Friſingenſis de geſtis Friderici lib. 16, 17, 18, 19, & 20.

[2] Friſing. lib. 2. c. 22, 23, & 25. Duo in hoc ſect. notanda veniunt. *Primò ignominioſa Palatini mulctatio, quæ fuit geſtatio canum, priſcis Germanis uſitata.* Meminit ejus Widechindus monachus lib. 2. Otho Friſingenſis de geſtis Friderici Imperatoris lib. 2. c. 28. Guntherus Ligurini lib. 5. Arnoldus Lubecenſis continu-

tum evertit, vaſtamque cædem facit: Longobardos domat, & ſuperatis inſidiis, quas Veronenſes ei collocaverant, in Germaniam redit: Palatinum principem, qui ſe abſente turbas excitaverat, ignominiosè mulctat: Bohemiæ ducem conſtituit regem.

[1] Interea Mediolanenſes multa ſuperbè faciebant in vicinos, & Dertonam à Cæſare dirutam reſtaurabant. Itaque cum ingenti exercitu reverſus, Mediolanum expugnat, adjutus à Cremonenſibus, à Papianis, & Novatianis: capta urbe, parcitum eſt multitudini, principum Germaniæ interceſſu, quibus illi ſupplicaverant. Longobardia tota in ſuam poteſtatem redacta, legibuſque conſtituta civitate, diſcedit ad alios ibi populos.

[2] Poſt ejus abitum illi rebellant, leges præfixas

tinuator Helmoldi l. 7. c. 2. Duodechin. ad annum 1155. Crantzius, Saxon. l. 3. c. 15. Eruditè autem hunc morem expreſſit G. Sabinus in Cæſaribus ſuis, tetraſticho;

Mos erat antiquis qui publica commoda pacis,
Cæſare, turbaſſet, bella gerente foris,
Totius imperii reus, inſpectante ſenatu,
Ut canis impoſitum corpore ferret onus.

Secundò notetur creatio ducis Bohemiæ in regem. Facta eſt illa hac lege, ne dignitas iſta ad poſteros tranſiret, ſed ei honori ſucceſſor exhæres foret. Aventinus.

1 Friſing. lib. 1. c. 30. Radevicus lib. 1. cap. 32. iiſque ad 43. Otho de S. Blaſio c. 11.

2 Radevicus l. 2. c. 21. & ſeq.

1 Urſper-

fixas contemnunt, munitiones ab eo factas demoliuntur. Rursus igitur eò profectus, agrum totum populatur, & quicquid ipsorum ditionis erat, evertit.

[1] Interea graves fiunt adversus illum per Italiam conspirationes: in his etiam erat is, quem diximus, Adrianus Papa, qui cùm planè statuisset eum excommunicare, mortuus est.

[2] In Italiam tertiò profectus Cæsar, Mediolanum funditus evertit, rebellionis authores capite mulctat, reliquam multitudinem in exilium ire cogit, & Romam obsidens, magnam exercitus partem ex morbi contagione desideravit. Soluta igitur obsidione, & per Hetruriam collocatis præsidiis, Spoleti, Anconæ, Ravennæ constitutis pro suo arbitratu, qui rempublicam gererent, in Germaniam redit.

[3] Adriano Pontifice mortuo, duo de principatu contendebant, absente Cæsare, Victor & Alexander III. In Victorem Cæsar quidem magis inclinabat: sed Alexander competitorem, post etiam augescente dissidio, Cæsarem excommunicat.

[4] Eam occasionem conspicati Mediolanenses,

[1] Urspergens.
[2] Otho de S. Blasio c. 16. Urspergens.
[3] Radevic. l. 2. c. 43. Otho de S. Blasio cap. 13. Mutius libro 18. Joannes Marius de schismatibus & Conciliis, parte 3. c. 11.
[4] Sabell. Enn. 9. lib. 1. Naucl.

nenſes, rebellionem faciunt, Cæſariſque præfectos multis Italiæ locis ejiciunt, quoſdam etiam laqueo ſuſpendunt. Regreſſus igitur in Italiam, dubio Marte cum illis confligit: pontifex belli ſocius profugit Venetias.

[1] *Facta demum pace per inducias*, in Aſiam profectus adverſus Chriſtianæ religionis hoſtes, & oppreſſus impetu fluminis, in quod lavandi cauſa ſeſe demiſerat, periit.

[2] [3] Succeſſor ei fuit filius Henricus, ejus nominis ſextus. Is mortuo Siciliæ rege, Guilielmo, Rogerii filio, quum in Italiam ſecundò veniſſet, Apulia & Calabria devictis, Neapoli quoque capta, Siciliam domat, magnis ibi relictis præſidiis propter mobile gentis ingenium.

[1] Deinceps

Naucl generat. 41. volum. 2.

[1] Arnoldus Abbas Lubecenſis Helmoldi continuator nominat fluvium hunc Saleph, aliis Serra dicitur. *Hieronymus Mercurialis lib. 4. variar. lection. Cydnum Ciliciæ fluvien eſſe cenſet, & citato Galeno ex lib. de cauſis procatarcticis, Alexandrum Magnum æſtivo tempore, dum ſe in eodem flumine laviſſet, convulſione ac tremore torpore captum fuiſſe ſcribit.*

Nicetas Choniates l. 2. de rebus Iſaacii Angeli.

[2] Otho de S. Blaſio c. 39. & 40. Urſpergenſis

[3] *Succeſſor.*] *Henricus* VI. cognomine *Aſper* per uxorem Conſtantiam factus fuit Rex Siciliæ & Neapolis: Hæc *Conſtantia* jam quinquagenaria peperit ipſi Fredericum Secundum. Fuit *Henricus* Sextus admodum ſeverus, ac Siculos rebelles graviter afflixit, cumque in

[1] Deinde Ravennæ & Anconæ, perque Apuliam & Hetruriam, optimates constituit: cùm deinde filium suum Fredericum, adhuc infantem, imperii successorem designasset, de voluntate Germaniæ Principum, in Siciliam profectus, vitam finiit.

[2] Et quoniam ætate puer erat Fredericus filius, ut dictum est, plerique omnes Philippum, ejus patruum, suscipiendum judicabant: sed vehementissimè Romanus Pontifex obstabat, Innocentius III.

[3] Divisis autem principum animis, cum hi Philippum, alii verò Saxoniæ ducem Othonem, crearent, magnus ex ea re motus fuit exortus, præsertim ad oram Rheni. Philippus verò partim humanitate summa deduxit adversarios ad officium: ac deinde pacem cum Pontifice quoque fecit, quem expertus erat infestissimum.

[4] [5] Occisus deinde in cubiculo, successorem

in illa insula aquam frigidam flagrante æstu largiter bibisset, exstinctus fuit.

[1] Otho cap. 43. & 45. Urspergensis.

[2] Otho de S. Blasio cap. 16. & 48. Urspergensis.

[3] Otho cap. 45.

[4] Otho de S. Blasio cap. 50. Arnold. Lubecensis lib. 7. cap. 14. Urspergensis.

[5] *Occisus.*] Philippus interfectus fuit ab Othone Palatino. Is Otho, quod filiam Philippi non posset impetrare, Philippum in cubiculo letaliter vulneravit. Ita imperium pervenit ad Othonem IV. ducem

rem habuit eum, de quo diximus, Othonem Saxoniæ ducem, qui in Pontificis odium incurrit, quem prius habuerat amiciſſimum. Tandem etiam excommunicatus eſt ab illo, ideoque habitis comitiis, principes electores à Pontifice ſollicitati, ut alium crearent, Henrici ſexti filium, Siciliæ regem Fredericum, cui fidem dederant adhuc infanti, ut paulo ſuprà diximus, evocant è Sicilia.

[1] Occurrit quidem illi Cæſar Otho cum exercitu ad Rhenum, ut tranſitum prohiberet: ſed ejectus, & in Saxoniam reverſus, mœrore, ut creditur, interiit.

[2] Atque ita Fredericus eſt factus Cæſar, ejus nominis II. Frederici Ænobarbi Cæſaris è filio nepos.

[3] *Innocentius tertius, de quo dictum eſt antè, Concilium habuit Romæ, quod Lateranenſe vocant: ibi decretum inter alia fuit:*

Ut

ducem Brunſvicenſem, ſed & ille paulò poſt obiit atque *Fredericus* Secundus factus fuit Cæſar, quod acerrimè reſtitit tyrannidi Papæ Rom. Hic Fredericus II. magnificentiſſimè imperavit ac Italiam graviter afflixit. Sub eo acerrimè flagrarunt factiones Guelforum & Gibellinorum. Tandem profectus fuit in Aſiam contra Turcas; ac Saladinum Regem Ægyptii ac Syriæ, coëgit reſtituere Hieroſolymam. Reverſus in Italiam ibidem à Manfredo filio ſuo ſpurio, pulvinari fuit ſuffocatus vel veneno necatus.

[1] Mutius lib. 19.

[2] Mutius lib. 20.

[3] Tom. 4. Concil. p. 11.

Urſper-

Ut Chriſma ſimul & Euchariſtia, quam dicunt hoſtiam, ſub clavi ſerventur.

[1] *Ut quotannis privata fiat confeſſio peccatorum.*

[2] Ut electio, facta per civilem magiſtratum in ſacris beneficiis, vim nullam habeat.

[3] *Ne, qui ſunt ordinis Eccleſiaſtici, fidelitatem iis, qui Laici dicuntur, ſine cauſa promittant.*

[4] *Ne conſtitutiones principum Eccleſiis præjudicent.*

[5] *Ut ab omni contributione ſint immunes Eccleſiaſtici.*

[6] *Ne tributa ſolvantur ante decumas.*

[7] *Ne divorum reliquiæ monſtrentur extra capſulam.*

[8] Ad hæc grave tum erat inter Græcos atque Latinos diſſidium: nam ſuper quibus aris Latini miſſificaſſent, eas contrectare Græci nolebant, niſi prius laviſſent eas & expiaſſent: deinde baptiſatos à Latinis, rebaptiſabant. Fit ergò decretum, ut ad Eccleſiam Romanam matrem ſuam revertantur, quò ſcilicet ovile ſit

Urſpergenſ. Decretorum Concilii Lateranenſis capite vigeſimo.

[1] Cap. 21.
[2] Cap. 25.
[3] Cap. 43.
[4] Cap. 44.
[5] Cap. 46.
[6] Cap. 54.
[7] Cap. 62.
[8] Tom. 4. Concil. pag. 214. cap. 4. Repetitur 3. Decretal. tit. De baptiſmo & ejus effectu c. 6.

1 Urſper-

sit unum & unus pastor: nisi pareant, excommunicati priventur ordine.

[1] Romam profectus Fredericus, ab Honorio III. consecratur. Qui passim erant per Italiam rebelles, domat, quosdam autem proscribit. Ex iis nonnulli Romam confugiunt, & Pontificis opem implorant. Ea res maximi dissidii dedit occasionem: nam suos adversarios habere portum ibi atque domicilium, Cæsar molestissimè tulit.

Gliscente odio, filium suum Henricum, de consilio principum, designat imperii successorem, & principes Cremonam evocat ad conventum: sed cum aditu prohiberentur factione Pontificis & Longobardorum, in Apuliam Cæsar revertit, & aliquantò post moritur Pontifex eique succedit Gregorius IX. qui Cæsarem excommunicat, quod profectionem in Turcas, cui se voto adstrinxisset, non susciperet.

[2] Cæsar deprecatus offensionem, seseque purgans, cum nihil proficeret, Romam petit, Pontificem dejicit, ejusque socios graviter mulctat, & altero indicto Ravennæ conventu, impeditur à Pontifice profugo, qui passim ei multos excitaverat adversarios.

Mortua demum uxore, Cæsar, ut promissa præ-

[1] Urspergensis. | Caspianus.
[2] Urspergensis, Johan. |

1 Mu-

præstaret, ac Reipublicæ consuleret, profectionem in Asiam suscipit: per ipsius absentiam verò, Pontifex bellum facit, & Apuliam occupat. Re feliciter gesta, multisque locis recuperatis, & in his Hierosolymâ, certior factus de Italiæ statu Cæsar, pactusque cum hoste decem annorum inducias, redit cum exercitu, suaque facile recuperat. Pontifex novo fœdere se communit Italiæ procerum, quos Cæsar mulctaverat, ac deinde rursus eum excommunicat, quod cum hoste pepigisset.

[1] Cæsar quietis amans, per legatos agit de pace, quam vix demum impetravit, ac in Germaniam idcirco redit. Pontifex autem, cùm naturam mutare non posset, vastato Viterbio, Cæsarem rursus excommunicat. Ea re commotus vehementissime Cæsar, fremens & iratus in Italiam redit: per Hetruriam, per Umbriam, per Longobardiam, per oram Paduanam, mulctat omnes rebelles: Pontifex idcirco ingeminat excommunicationem, & Venetos fœdere sibi conjungit. Cæsar per Italiam grassatus, & plerisque omnibus ad officium reductis, Romam obsidet, neque multò moritur pòst. Gregorius Pontifex, cum Ravennam suos evocasset ad Concilium, quò tamen illi, viis omnibus obsessis à Cæsare, pervenire non poterant: quidam etiam capti fuerunt.

[1] *Hic*

1 Matius lib. 20. | Caspianus.

[1] *Hic ille est, qui Decretales, uti vocant, Epistolas consarcinavit, magnam juris Pontificii partem, plurimis cruſtam commentariis.* Qua quidem in re mirum videri poſſit, eſſe homines, qui tantum elaborare velint, ut ea, quæ parum aptè, perperam etiam & minus prudenter atque piè, ſed & ridiculè dicta ſunt, tanquam oraculum aliquod mordicus arripiant, & in iis interpretandis, enucleandis, veſtiendis, omnem operam & ætatem conſumant, quaſi eo conducti eſſent, ut alienam ſtultitiam & errorem, vigiliis & labore ſuo maximo defendant, & in alterius impudentia, ſui pudoris exiſtimationem amittant.

Illud quod Gratiani decretum vocant, diverſis locis habet inter alia:

Sequendam eſſe regulam Eccleſiæ Romanæ, quæ ſit beati Petri ſedes.

[2] Non licere Concilium habere, niſi permittente Romano Pontifice.

[3] Leges Eccleſiæ Romanæ ſervandas eſſe, tanquam ipſius Petri voce pronunciatas.

[4] *Quod Eccleſia Romana jugum imponit, etiamſi tolerabile non ſit, eſſe perferendum.*

[1] Ec-

[1] Diſt. 19. c. 4. Enimvero.

[2] Diſt. 17. cap. 1. Synodum, & cap. 4. Nec licuit. Item cap. 5. Multis denuo.

[3] Diſt. 19. cap. 2. Sic omnes.

[4] Diſt. 19. c. 3. In memoriam.

1 Diſt.

[1] Eccleſiæ miniſtros debere caſtitatem promittere, ne videlicet ducant uxores.

[2] *Ei qui non habet uxorem, licere concubinam habere.*

[3] *Papam in ſuo munere negligentem & remiſſum vocare quidem, tum ſibi, tum aliis, veruntamen à nemine poſſe judicari, quod omnes ipſe judicat.*

[4] *Imperatorem debere ſubeſſe Papæ, non præeſſe.*

[5] Reliquos omnes mortales ab hominibus judicari: Papam verò, Petri ſucceſſorem à ſolo Deo.

[6] *Papæ licere populum eximere à fide & juramento, quo principi ſuo tenentur.*

[7] In Gregorii decretalibus Epiſtolis, & Sexti Bonifacii & Clementinis, & Extravagantibus, uti vocant, eſt inter cætera:

Decretis Conciliorum authoritatem Papæ non ſubjici.

[1] *Pon-*

1 Diſt. 31. cap. 3. Sacerdotibus. Item cap. 7. Si Laicus, & cap 20. Lex continentiæ.

2 Diſt. 43. cap. 4. Is qui non habet. Item c. 5. Chriſtiano.

3 Diſt. 40. cap. 6. Si Papa.

4 Diſt. 96. cap. 11. Si Imperator. Item cap. 12. Nunquam de Pontificibus.

5 9. q. 3. c. 13. Nemo judicabit. Item cap. 14. Aliorum hominum, & c. 15. Facta ſubditorum.

6 15. q. 6. c. 3. Alius item.

7 Decretal. Gregor. l. 1. tit. 6. c. 4. Significaſti, ſect. Aiunt in Conciliis.

1 *Pontificis esse, Cæsarem electum approbare, vel minus idoneum rejicere.*

2 *Duo præesse mundo luminaria magna, solem atque lunam: solis loco Papam esse, Cæsarem verò Lunæ.*

3 *De adulterio & aliis criminibus, quòd minora sint, Episcopis licere cum iis, qui deliquerunt, agere remissius.*

4 De Ecclesiæ Romanæ privilegiis Papam solum cognoscere.

5 *Excommunicatorum ossa jam sepulta debere exhumari & projici.*

6 *Papæ licere Imperatorem removere loco & magistratu.*

7 *Cæsarem teneri, ut fidem & fidelitatem Pontifici præstet per jusjurandum.*

8 Ecclesiasticos oportere solutos esse ac liberos ab omni sumptu, molestia, munere.

9 *Post mortem posse aliquem declarari hæreticum, ejusque bona publicari.*

1 Filios

1 Decret. l. 1. tit. 6. c. 43. Venerabilem.

2 Decret. l. 1. tit. 33. c. 6. Solitæ.

3 Decret. l. 2. tit. 1. c. 4. At si clerici, sect. De adulteriis verò.

4 Decret. l. 2. tit. 1. c. 12. Cum venissent.

5 Decret. l. 3. tit. 28. cap. 12. Sacris, & lib 5. tit. 33. c. 5. Ad hæc.

6 Sexto Decret. lib. 2. tit. 14. Ad Apostolicæ.

7 Clement. l. 2. tit. 9. cap. Unico.

8 Decret. l. 3. tit. 49. c. 7. Adversus.

9 Decret. lib. 5. tit. 7. cap. 10. Vergentis. Item 24. q. 2. c. 6. Sanè profertur.

1 Sext.

[1] Filios hæreticorum ad præfecturam ullam civilem aut ſacram non debere admitti.

[2] *Ad ſalutem eſſe neceſſarium, ut omnes homines Pontifici Romano ſubſint.*

[3] Hæc pancula, ex ingenti acervo deſumpta, cujuſmodi ſint, nemo ſanæ mentis eſt, qui non videat.

Lex eſt, ut eam definiant homines doctiſſimi, Ratio ſumma inſita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria: Lex autem omnis ad communem utilitatem referri, & legiſlator ſic erga multitudinem atque rempublicam affectus eſſe debet, ut pater ſuos erga liberos: quid autem in iis, quæ dicta ſunt, ſimile apparet? En verò non excuſare tantùm, ſed etiam veſtire, & ornare, & illuſtrare novis commentationibus, & quidvis dicere potius, quàm pati dignitatem illorum imminui, quæſo, cujus hoc eſt impudentiæ? ne quid gravius dicam.

[1] *Si faſtus & avaritia, & dominandi cupiditas, & literarum inſcitia perſuaſit illis, ut ejuſmodi facerent decreta, ſi ſententiis ipſi variant, nec alii volunt aliorum adſtringi legibus, quod pari ſint poteſtate præditi, quæſo, cur te maceras ut diſtorta & repugnantia componas & concilies?*

[1] Omit-

[1] Sext. Decret. lib. 5. tit. 2. cap. 15. Statutum.

[2] Extravag. comm. l. 1. tit. 8. de majori & obed. cap. Unam ſanctam.

[3] Cic. 1. de legibus.

[1] Cic. 2. de legibus.

[1] Omitto pelagus illud, aut ſentinam veriùs, eam videlicet juris Papiſtici partem, quæ beneficiorum, uti vocant, & bonorum ſacrorum nundinationem continet. Quis enim fraudes atque technas enumerare poſſit? ne ipſi quidem, qui plurimis annis in eo mercaturæ genere verſati ſunt, ſatis etiam omneis intelligunt aut norunt, quando novæ ſemper excogitantur: ſed hoc argumentum & tempus aliud, & librum ſingularem poſcit: nunc ad propoſitum redeamus.

[2] Ut Fredericus Cæſar, ita Galliæ quoque rex Ludovicus, ejus nominis nonus, in Syriam & Ægyptum cum exercitu penetravit: & pòſt in obſidione Tunetæ urbis vitam finiit, anno ſalutis MCCLXX.

[3] Eo regnante, Guilielmus, Epiſcopus Pariſinus, quæſtionem propoſuit de beneficiis Eccleſiaſticis; re palàm diſceptata, vicit ea ſententia, non eſſe fas cuiquam habere plus uno: ſed ejuſmodi decreta, ſatis eſt recitaſſe tantùm atque ſcripſiſſe.

[1] Gre-

[1] In Decad. l. 3. tit. 5. de præbend. & dignitatib.

[2] Gaguinus lib. 7. c. 2. Aurelius l. 7.

[3] Johan. Itali in Chronic. Franciæ. Henricus Pantaleon in Chronologia Eccleſiæ. Chronicon Flandriæ lib. 8. Guilielmus Epiſcopus Pariſinus ſcripſit librum de pluralitate beneficiorum, teſte Joanne Trithemio de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

[1] Gregorio succeſſit Innocentius IV. ad quem velut hæreditaria ſucceſſione, venit odium Cæſaris. Itaque Lugduni indicto concilio, Cæſarem evocat, non venientem excommunicat, dignitate privat, hortatus Germaniæ principes, ut alium eligant: & hoc ejus decretum eſt, inter alia, typis excuſum, quemadmodum & Cæſaris quædam exſtant ad diverſos reges Epiſtolæ, quibus & Pontificum iniquitatem, & ſuam prolixè demonſtrat innocentiam.

[2] Decreverat Cæſar proficiſci Lugdunum, & periclitari fortunam: ſed orta denuò rebellione per Italiam, vires omnes eò convertit, & cùm minus feliciter res gereretur, in Apuliam reverſus cœpit languere, ac demum mortuus eſt.

[3] Alii periiſſe veneno, alii ſtrangulatum fuiſſe dicunt à filio ſuo notho Manfredo, qui Italiam pòſt invaſit.

[4] Erat tunc magni nominis Azo juriſconſultus, quem deinde ſecuta fuit ingens illa ſcriptorum turba, *qui violato Juſtiniani Cæſaris edicto,*

[1] 4. Tom. Concil. Æmil. lib. 7. Vide Matthæi Paris monachi Albanenſis hiſtoriam majorem pag. 648.

[2] Mutius lib. 20.

[3] Michael Ritius l. 2. de regibus Siciliæ. Mutius lib. 20. Crantzius Saxon. lib. 8. cap. 6. Sigon. de regno Italiæ lib. 18.

[4] Alciat. Parerg. l. 10. c. 25. l. 1. ſect. Noſtram. C. de veter. jureconſult. Horat.

edicto, gravi quidem illo atque severo, mundum refarserunt innumerabilibus libris, unde nunc petenda sunt ea, quæ veteres illi copiosissimè doctissimèque tractarant.

Nam aliorum alii scrinia compilant: neque scribendi finis est ullus aut modus, & opinionibus contrariis omnia redundant, *ut propriè locum hic habeat, quod senex ille dicit, quum treis de jure consuluissent: Feciſtis probè, incertior multò sum, quàm dudum.*

[1] Omitto technas, quæ plures quotidie excogitantur. Planè enim hic accidit, quod Comicus inquit: *Ut in æstu veniat, aliud ex alio malum. Præclarè multa legibus esse constituta, sed ea Jureconsultorum ingeniis pleraque corrumpi, Cicero queritur, atque depravari:* quid si nunc viveret, & pyramides illas librorum & praxin nostram, & sacrarium illud legum, tam fœdè pollutum, miseréque contaminatum esse videret? Quanquam sane, sicut alias artes omnes in lucem Deus hac nostra memoria reduxit, ita quoque multos excitavit, qui bonarum literarum instructi præsidio, non pœnitendam operam in hac etiam parte collocant, ut rem videlicet pulcherrimam, hominumque societati planè necessariam, imo donum cœleste, *depromptum & hausſtum ex mediis Philoſo-*

rat. lib. 1. Sat. 1. Terent. Phorm. Act. 2. Scen. 4. Ter. Eun. Act. 5. Scen. 6.

[1] Cic. 1. de leg. Cic. 2. de legibus.

1 Egna-

Isophiæ fontibus, nitori suo restituant & æquitati. Qui quidem ipsorum conatus, non modo laudationem, sed remunerationem quoque meretur.

[1] [2] Ab ejus morte per annos XXII. fere fuit interregnum, quum subinde alii & alii eligerentur, qui tamen in ea temporum perturbatione summam rei non tenebant.

[3] In-

[1] Egnatius 18 annos interregni. *Frederico 2. Imp. extincto successit Conradus Imp. ejus nominis quartus, cui oppositus est Wilhelmus comes Hollandiæ. Illo autem extincto, & hoc in Frisia cæso à Septemviris de electione discordantibus, creati sunt duo Cæsares, Richardus princeps Cornubiæ Anglus, & Alphonsus rex Castellæ.* Neuter tamen horum imperio diu præfuit: nam Alphonsus sponte abdicavit, Richardus pecuniis exhaustis in Angliam rediit.

[2] *Ab ejus morte*] Post mortem Frederici Secundi incidit diuturnum illud interregnum, sub quo imperium Rom. per annos 18, sive 22. Imperatore caruit, ac fuit miserrima illorum temporum confusio, cum pro libitu grassarentur latrones ac fortior debiliorem oppriméret impune. Durante illo interregno varii quidem creati fuerunt Imp. sed qui nullam imperii curam gesserunt; quales fuerunt *Conradus* 4. *Wilhelmus* Comes Hollandiæ, *Richardus* Comes Cornubiæ, *Alphonsus* X. Rex Castiliæ. Extincta familia Frederici II. regnum Siciliæ & Neapolis pervenit ad Carolum ducem Andegavensem, fratrem Ludovici IX. Regis Galliæ. Hic *Carolus* Conradinum legitimum Regem Neapolis capite truncari jussit. Eo tempore acciderunt *Vesperæ Siculæ*

[1] Interea regnum Neapolitanum à familia Frederici Cæsaris in potestatem Gallorum devenit, ac pòst etiam Sicilia. Nam Gallicis armis tum nitebantur Pontifices: quanquam deinde gravissima bella super his regnis orta sunt inter Arragoniam & Andegavensem Gallicam familiam: Verùm hæc non sunt hujus loci.

[2] Cum in eo statu fluctuasset tot annis Respublica, sicut dictum est, [3] Rudolphus Habsburgius creatur Cæsar: Is initio regni motus, qui passim erant per Germaniam, componit: inde conventibus aliquot actis, *Bohemiæ regem Ottacarum rebellantem invadit, & ad pacis conditiones cogit, quas tamen ille, suæ conjugis impulsu, non multò post violat, & in Austria secundò congressus in prælio interficitur.*

[1] Rudol-

quippe Siculi, omnes Gallos hora 3. postmeridiem per totam insulam trucidarunt. Interfectis 8000. Gallorum, tanto Gallici nominis odio, ut ne prægnantibus quidem pepercerint, accidit hoc facinus A. 1281.

1 Michaël Ritius l. 3. de rebus Sicil. & Neap.

2 Albert. Argent. Æneas Sylvius histor. Bohemiæ cap. 27. Mutius l. 21. Cuspinianus.

3 *Rudolphus.*] Tandem Electores imperatorem crearunt Rudolphum Comitem Habsburgicum à quo hodierna familia Austriaca & Hispanica descendit. Fuit hic *Rudolphus* Imp. bellicosus, & quanquam pauper esset Comes, nihilominus admiratione virtutum creatus Cæsar, A. 1274. prælio superavit & occidit

[1] Rudolphum adjuvabat Ungariæ rex, Ladislaus Chunus.

[2] Pace demum facta cum Bohemis per matrimonia, Cæsar filio suo Alberto Austriam dedit, quam multis annis Bohemiæ rex possederat.

[3] [4] Impeditus autem variis Germaniæ negotiis, non est in Italiam profectus: quanquam alioqui non multum huc inclinabat: *& per jocum fertur narrasse fabulam aliquando de vulpe, quæ leonem simulatè ægrotantem, quodam in specu non adibat, quod vestigia aliorum animantium terreretur, ex quibus nulla rediissent.* Præfectum tamen in Italia constituit, ac velut imperii vicarium: *deinde Flaminiam &*

dit Ottacarum Regem Bohemiæ, ac Austriam tum temporis principe vacuam filio suo Alberto dedit atque hæc est origo hodiernæ familiæ Austriacæ.

1 Mutius lib. 21. Bonfin. Decad. 2. l. 8.

2 Joh. Cuspinian.

3 Refert hunc apologum Plato in Alcibiade priore, & Horat. lib. 1. Epist. 1. *Exarchatum Pontifici concessit Rudolphus Imp. ea conditione, ut Pontifex suis impensis & sumptu exercitus contra infideles & Barbaros in Asia & Africa alat quemadmodum in scripto suo contra Julium Pontificem edito Maximilianus Imperator demonstravit, Aventinus lib. 7.* Quas verò civitates complexus sit Exarchatus, docet Sigonius de regno Italiæ lib. 3.

4 *Impeditus.*] Inter arcana Rudolphi Imp. fuit, abstinere Italiâ, ne Papam Rom. irritaret, detendebat a. seqilla fabu-

la

& *Exarchatum*, *de quo non ſemel diximus*, *Eccleſiæ Romanæ confirmaſſe traditur*, *quum tenuis admodum fructus ex iis locis ad ipſum rediret.*

[1] *Perpetuis enim ſimultatibus & Paparum inimicitiis defatigati Cæſares, facti ſunt paulatim remiſſores. Nec enim prius acquieverunt Pontifices, quàm illos extra fines Italiæ ſubmoviſſent, & quia regum Galliæ præſidiis ferè nitebantur, ac per Epiſcopos Germaniæ factionem alebant, effecerunt tandem, quod pridem animo concupiverant.*

Hîc verò memoria repetendum eſt, quæ facta ſit rerum viciſſitudo, quando illi qui beneficio Cæſarum incolumes fuerunt, vitamque tolerarunt, & locum ſuum atque dignitatem retinuerunt, amplificati bonis illorum atque munificentia, dominatum ſibi ſumpſerunt in eos, & patrimonio quoque fraudarunt. Non ſolùm enim Italiæ bonam partem occupant, *ſed Siciliæ quoque reges atque Neapolis arctè ſibi devinxerunt. Nam hi tributum illis annuum dependunt, & dignitatem imperatoriam ſuſcipere prohibentur, niſi permiſſu illorum*; & quum

la Æſopi, in qua vulpecula dicit ad Leonem: *quia me veſtigia terrent, omnia te verſum ſpectantia nulla retrorſum.*

1. Pergomenſis lib. 13. Æmil. lib. 7. Michaël Ritius lib. 2. de reg. Sicil. Blond. l. 8. Dec. 2. Crantz. Metrop. l. 8. c. 30. Meminit Sleidanus commentar. lib. 1. & Brutum fulmen,

quum in poſſeſſionem ab iis mittuntur, hoc ipſum jurant inter alia.

[1] In Rudolphi tempus incidit illa memorabilis Gallorum clades per Siciliam. Quum enim inſulam hanc tenerent, & more militari multa facerent inſolenter atque libidinosè, per occultam conjurationem, dato ſigno, paſſim trucidati fuerunt omnes, cum ad preces veſpertinas campanæ impellerentur. Facinus hoc vulgò vocant veſperas Siculas: *Fuit hoc ann.* MCCLXXXI. *die Paſchatis.*

[2] *Accepta pecunia, Rudolphus Italiæ civitates multas, quæ ditiones erant imperii, liberas & immunes fecit, Bononienſes, Florentinos, Genuates, Lucenſes, & alios.*

[3] Convocatis deinde Francofurtum principibus, filium ſuum Albertum deſignari ſibi ſucceſſorem fruſtrà petebat.

[4] Mortuo ſucceſſit Adolphus familiæ Naſſovicæ, qui non multò poſt inimicitias exercere

fulmen auctore F. Hottomanno, ut volunt.

[1] Paulus Æmilius hiſtor. Franc. lib. 7. Tilius in Chronico Franc. Thomas Fazellus rerum Sicular. Decad. 2. lib 8. Michaël Ritius de Regibus Siciliæ.

[2] Mutius libro 21. Sigonius libro 10. de regno Italiæ. Crantzius Metrop. lib. 8. c. 40. Nauclerus.

[3] Albert. Argent. Mutius 21. Joannes Cuſpinianus.

[4] *Mortuo*] Poſt mortem Rudolphi primi, principes elegerunt *Adolphum* Comitem Naſſoviæ principem ſtrenuum ac bellicoſum ſed pauperem, unde

cere cœpit cum Alberto, Auſtriæ duce: quumque ſuis moribus Germaniæ principes admodum offenderet, ac ipſum quoque Moguntinum, cujus opera factus erat Cæſar, loco removetur, & eligitur Albertus, Auſtriæ dux, Rudolphi filius, qui contractis copiis, & adjutus à principibus, Adolphum petit, & commiſſo prælio in agro Spirenſi, Adolphus ab Alberto graviſſimè ſauciatus, à reliqua multitudine pòst interficitur.

[1] Poſt eam victoriam Albertus, confirmandi ſui cauſa, ne quis priorem electionem eſſe vitioſam diceret, ſolenniter creari Cæſar petit. *Ea re perfecta,* [2] *Bonifacius octavus Pontifex reclamabat, neque ratum habere voluit, quod reliqui principes feciſſent.*

Quum

unde cum familiam Naſſoviam exemplo Rudolphi opibus & potentia vellet augere ac Thuringiam per vim ad ſe trahere, incidit in odium principum Germaniæ, qui contra ipſum elegerunt Albertum Auſtriæ ducem, Rudolphi primi filium. Ita duo Cæſares contrarii *Adolphus* & *Albertus* bello controverſiam decideruntt; prælium commiſſum fuit apud urbem Spiram, in eo *Adolphus* Naſſovius manu Alberti Auſtriaci fuit interfectus 28. Julii; ac memorabile eſt quod obſervat Reidanus in hiſtoria Belgica, poſt trecentos annos eadem die victum fuiſſe Albertum Archiducem Auſtriæ à Mauritio Comite Naſſoviæ prælio ad Neoportum.

[1] Æmil. lib. 7. Gaguinus lib. 7. cap. 3. Mutius lib. 22. Æneas Sylvius hiſtor. Bohem. cap. 18.

[2] *Bonifacius* VIII.]

De

Quum autem aliquanto post gravissimum esset natum dissidium inter ipsum, & Philippum Pulchrum, Galliæ regem, approbavit Albertum, in ejusque familiæ laudem multa dicebat. [1] Albertus demum à suis propinquis interfectus est, quum rebus omnibus instructus, iter suscepisset, ut Bohemis filium suum Fredericum obtruderet regem.

[2] Bonifacius hic Gregorii noni decretalibus epistolis, quæ libris quinque continentur, alterum volumen adjecit, quod sextum vocat. *inter alia statuit, licere Pontifici abdicare se Papatu. Nam ipse illud Cœlestino V. cui successit, persuasisse scribitur.*

[3] Ab Alberto sit Cæsar, 4 Henricus, ejus nomi-

De hoc dictum fuit, *ingressus est ut vulpes, regnavit ut Leo, moriuus est ut canis.*

[1] *Albertus.*] A. 1308. Cæsar Albertus in Helvetia apud urbem Scaphusam interfectus fuit à patruele suo Johanne Suevia duce, qui hæreditatem paternam ab Alberto tanquam tutore suo repetebat. Albertus æquum restituere nolebat, prætendens Johannem adhuc esse puerum, neque idoneum ad principatum administrandum. Unde tantam iracundiam suscepit, *Johannes*, ut patruum suum Cæsarem Albertum in publica via stricto gladio confoderet.

[2] Sext. Decret. lib. 1. tit. 7. c. Quoniam aliqui. Platina. Crantzius Metropolis libro 8. cap 48.

[3] Æneas Sylvius in Bohemia sua cap. 31. Vita Henrici VII. descripta est à Conrado Vicerio, Secretario regio.

[4] *Henricus* VII.] Fuit Comes Lucenburgicus qui

nominis ſeptimus, è familia Luceburgica. Is filio ſuo Johanne, per matrimonium facto Bohemiæ rege, proficiſcitur in Italiam, cujus quidem ſtatus tunc erat miſerrimus. *Nam inde à morte Frederici* II. *Cæſaris, per annos circiter* LVII. *neglecta fuit à noſtris Imperatoribus Italia:* quo factum eſt, ut variè dilaceraretur ab iis, qui potentiores erant, *præſertim à Guelphis & Gibelinis, quæ duæ factiones plurimas habent iis in locis clientelas.*

[1] Primùm ergo per Longobardiam præfectos conſtituit oppidis ac municipiis, & jurejurando ſibi populos adſtringit: deinde Mediolani commoratus aliquandiu, fruſtrà conatus eas, de quibus modo dixi, factiones conciliare: *cumque ejus urbis præfectus Turrianus, illum ex improviſo cogitaret opprimere, patefacta conjuratione, & repulſis adverſariis, Vicecomiti præfecturam urbis committit.*

[2] Quæ ſunt ejus regionis urbes, omnes illius fidei ſe permittebant atque poteſtati: ſola Brixia rebellabat, quam longa captam obſidione,

qui poſt Albertum interfectum creatus fuit Cæſar, hic deſertam per multos annos Italiam iterum in ordinem redegit ac ſtuduit exſtinguere duas illas potentiſſimas factiones, Guelphorum & Gibelinorum: fuit princeps Heroicus ſed quem Papæ Romani non minore odio proſequebantur quam ejus anteceſſores.

[1] Albert. Argent Mutius lib. 23. Paulus Jov. lib. 2. de vita Vice-comitum Mediolan.

[2] Platina. Cranzius Saxon.

dione, mœnibus nudavit. Inde per Genuam profectus, & Pisis facto itinere, Romam venit, coronatus ab aliquot Cardinalibus, quoniam Pontifex Romanus Clemens, urbe relicta, migraverat in Galliam, & Avenione habitabat.

[1] Quum ab eo jusjurandum exigerent Cardinales, quod Pontifici præstandum esse dicerent, ille recusabat, neque tale voluit esse quo Papæ devinciretur. Ea re cognita Pontifex, augendæ potentiæ causa, formulam illam generalem jurisjurandi latissimè post explicavit, & reliquis decretis, quæ nunc exstant, inseruit. Nam ipse quoque leges multas composuit, quæ nomen ab eo retinent, & Clementinæ dicuntur.

[2] Ad hoc tempus, illi, [3] qui Templarii vocantur, quorum ingentes erant opes, eodem

Saxon. lib. 9. cap 3. & 4.

[1] Lib. 2. tit. 9. c. unico, Clement.

[2] Fasciculus temporum, Albertus Argentinensis. P. Æmilius lib. 8. Gaguinus lib. 7. cap. 5. Huld. Mutius Chronico German. lib. 22. Nauclerus volum. 2. generat. 44. Tilius in Chronico reg. Franc. Crantzius Metrop. lib. 9. cap. 6. Rudolphus Hospinianus de origine monachatûs lib. 5. cap. 18.

[3] *Qui Templarii.*] Templarii erant Equites qui pro sepulchro Christi Hierosolymis defendendo, peculiarem militiam instituerant: cum vero hi Templarii ingentes opes acquisivissent ac vitam agerent turpē & dissolutam, unde hodieque proverbium

dem impetu, diverſis locis trucidati fuerunt, & extincti. Galliæ rex Philippus Pulcher, magnam facultatum ipſorum partem, permiſſu Pontificis occupavit. *Damnatum deinde fuit nomen eorum atque memoria: & in concilio Viennenſi, quod per Galliam erat, ipſorum poſſeſſiones attributæ fuerunt iis, qui Rhodii dicuntur equites.*

[1] Hoc etiam tempore, & Papæ Clementis authoritate, fuit Aurelianenſis Academia inſtituta.

[2] [3] *Mortuo tandem Henrico non abſque graviſſima veneni ſuſpicione, ſepultoque Piſis,* acerrimæ contentiones ortæ ſunt in Germania ſuper electione.

[4] [5] Nam de principatu contendebant Fredericus

verbium dicitur. *Vivit vetuti Templarius;* Clemens V. Papa & Philippus pulcher Rex Galliæ clandeſtinâ conſpiratione initâ, unâ die omnes Templarios occidi juſſere. Ita totus ordo fuit deletus, ex cujus tamen reliquiis emerſerunt Equites, quos olim *Rhodios*, hodie *Johannitas* five *Maltenſes* appellant.

[1] Middendorp. lib. 2. Acad. orb. Chriſt. Tilius in Chronico regum Francorum.

[2] Sabellicus Ennead. lib. 8. Michaël Ritius l. 3. de regibus Siciliæ. Aventinus lib. 7.

[3] *Mortuo tandem.*] Henricus VII. fuit interfectus à quodam Monacho, ſacrâ hoſtiâ veneno infectâ, cum ſacram Cœnam participaret.

[4] Albertus Argent. Mutius lib. 24. Aventinus l. 7. Johannes Cuſpinianus.

[5] *Nam de.*] Poſt mortem

derlcus Auſtriæ dux, Alberti Cæſaris filius, & Ludovicus, Bavariæ dux: Ludovicum Aquiſgrani, Moguntinus Epiſcopus: Fredericum verò Bonnæ, Colonienſis inaugurabat: *Joannes autem* XXII. *Pontifex Romanus utrumque ſalutabat Cæſarem: in Fredericum tamen propenſior.* Quæ quidem res magis etiam ſimultatem incendit. Collectis utrimque copiis, magna vi dimicatur ad Eſſlingam, Sueviæ oppidum, ſed æquo ferè Marte: deinde rurſus majori impetu in Bavaria: quo quidem in prælio captus eſt Fredericus, bona ſuorum militum parte deſiderata. Dimiſſus tandem, domumque reverſus, aliquot pòſt annis moritur.

[1] [2] Ludovicus ergo rerum potitus, Italiam cum exercitu petit, quamvis invito Pontifice: municipiis & oppidis paſſim conſtituit præfectos:

tem Henrici VII. bellum in Germania exortum fuit inter Fredericum Auſtriæ, & Ludovicum Bavariæ ducem, qui diſcordibus Electorum ſuffragiis Imp. creati fuerant. Bellum per multos annos atrociter fuit geſtum, donec tandem ultimo prælio in Bavaria finiretur, in quo victus & captus fuit dux Auſtriæ, nequeante ex carcere dimiſſus quam imperium ejuraſſet.

[1] Alb. A. Æmil. l. 8. Joh. Cuſpinian.

[2] *Ludovicus.*] Hic eſt Ludovicus IV. cognomine Bavarius Imp. (ſi quiſquam alius) generoſus & ſtrenuus & qui ſe Papæ Rom. tyrannidi quam acerrimè oppoſuit. Hic fuit ultimus Imp. quem Papa excommunicavit.

[1] *Me-*

ctos: *deinde* [1] *Mediolani coronatur ab Archiepiſcopo, & miſſis Avenionem legatis ad Papam*, ſemel atque iterum, de ſolenni inauguratione, cùm non impetraret, Romam proficiſcitur, ubi Mediolani rex conſtituiſſet. Magna cum gratulatione exceptus Romæ, coronatus eſt, ab uno & altero Cardinali. Cumque Pontifex ingeminaret excommunicationem, ille de Concilio procerum, Papam alterum creat. Ad hunc modum flagrabat odium inter eos longè vehementiſſimum, & intercedebant graviſſimæ utrimque criminationes.

[2] *Annales Galliæ tradunt, Carolum Pulchrum regem, Philippi filium, omnium primum Johanni Papæ decumas in Galliis permiſiſſe bonorum ſacrorum, & prædam inter ipſos fuiſſe diviſam, Pontificem autem hoc ſollicitaſſe potiſſimum, ut in Cæſarem ei pecunia ſuppeteret.*

[3] In Germaniam reverſo Cæſare, moritur Papa; ſucceſſor ejus Benedictus XII. Cæſarem & ipſe excommunicat, & dignitate privat.

Francofurtum ergo convocatis principibus, Cæſar de Pontificum injuriis queritur, fidei

[1] *Mediolani.*] Olim moris fuit ut Imp. tribus locis coronaretur, *Aquiſgrani* tanquam Rex Germaniæ, *Mediolani* tanquam Rex Longobardiæ & *Romæ* tanquam Imp. Rom.

[2] Cuſpin. Æmil. l. 8. Tilius in Chronico Franciæ regum.

[3] Mutius l. 22. Avent. A. 8. Cran-

dei ſuæ rationem exponit, vetuſtas imperii leges profert & explicat: ſimul oſtendit, quàm nihil ad Epiſcopum Romanum pertineat imperii res publica: nam qui de voluntate principum ſit electus, eum eſſe revera Cæſarem, etiamſi nullus interveniat Pontificis vel aſſenſus, vel conſenſus, vel conſecratio: totum enim iſtud quandam eſſe ceremoniam, quæ paulatim irrepſerit, & nunc nimium aucta ſit, non abſque magno imperii tum dedecore, tum detrimento.

[1] Mortuo demum Benedicto, ſuccedit Clemens VI. qui longè fuit omnium violentiſſimus, & conditiones proponit vehementer ignominioſas, iiſque repudiatis, acerbior multo factus, graviſſimè monet principes, ut alterum eligant, ejuſque rei tempus etiam præfinit: niſi faciant, ſe daturum operam, ne diutius Eccleſia patrono careat & advocato. Fluctuante ad hunc modum Republica, [2] quum interea mortem obiret Ludovicus, eligitur Bohemiæ rex Carolus, Johannis filius, Henrici VII. nepos.

[1] Pau-

8. Crantzius Saxoniæ l. 9. c. 15.

1 Albert. Argent. H. Mut. l. 22.

2 *Quum interea.*] *Ludovicus* IV. in venatione equo delapſus repente expiravit: alii dicunt venenum ipſi fuiſſe exhibitum à propria uxore quæ erat ex familia ducum Auſtriæ; Succeſſor ejus in Imperio fuit *Carolus* IV. Rex Bohem.

1 Po-

[1] Paulò ante hoc tempus maximi belli nata fuit inter Gallos & [2] Anglos occaſio. Cùm enim Carolus Pulcher Galliæ rex, non relictis liberis maribus, è vita diſcederet, quod fuit anno MCCCXXVII. Edvardus Angliæ rex, ejus nominis tertius, quod eſſet Caroli ſororis Iſabellæ filius, regnum ſibi deberi contendebat: proceres autem Galliæ, qui dicuntur, Pares, ad Philippum Valeſium, mortui regis Caroli patruelem, rei ſummam deferunt, excluſo non ſolùm Edvardo, ſororis filio, ſed etiam regis filiâ Poſthumâ, quod ejus regni hæreditatem ad filias minimè pertinere dicerent. Hinc bellum graviſſimum, *quod ne nunc quidem eſt conſopitum.*

I Ca-

1 Polyb. rerum Ang. lib. 15. Gaguin. lib. 8. cap. 2. Georg. Lilius in Chronic. regum Angl. Bellum hoc ingens & atrox ab anno Chriſti 1335. uſque ad annum 1400. perdurans, Froſſardus copioſè perſecutus eſt. *Sleidanus eandem hiſtoriam ex Froſſardo breviter & dilucidè peculiari libro explicavit*: Excluſit autem Edvardum Anglum à regno Galliæ lex illa, quæ exſtat libro leg. Salicæ tit. 62. ſect. 6. editionis Johannis Hereldi.

2 *Anglos occaſio.*] Cauſa hujus belli fuit antiquum odium inter Gallos & Anglos: Occaſio a quod *Edvardus* III. Rex Angliæ non ſatis pro dignitate tractatus fuiſſet à Gallis, unde tanquam proximus hæres Regnum Galliæ ſibi vendicavit: ſed Galli eum excludebant lege Salica quæ fœminas & inde deſcendentes à ſucceſſione arcet. Hinc bellum atrox quod per 100. & amplius annos

varia

[1] Carolus ejus nominis quartus, Cæſar, initium habuit regni turbulentum. Delata fuit etiam ſumma rerum Edvardo Angliæ regi, verùm is impeditus bello Gallico, recuſaſſe traditur.

[2] Poſt varias deinde ſimultates in Germania ſedatas, Carolus in Italiam proficiſcitur, deque conſenſu Papæ Innocentii VI. qui in Galliis erat, Romæ coronatus ab aliquot Cardinalibus, ea lege, ne vel Romæ, vel in Italia diutius hæreret, *Mediolanum redit, & familiæ Vice-*

varia fortuna fuit geſtum plerumque ſuccumbentibus Gallis qui tribus præliis terra marique fuerunt ſuperati. Primum prælium commiſſum eſt in Picardia ad Sylvam Creſſiacam, in quo 30. millia Gallorum occubuerunt. Poſt quam victoriam Angli expugnaverunt urbem Caletum. Secundum prælium fuit navale ad Sluſam oppidum Flandriæ, in quo tota claſſis Gallorum fuit ſubmerſa. Tertium fuit in Pictonibus, in quo captus fuit *Johannes* Rex Francorum, & in Angliam captivus abductus. Ita tota ferè Gallia in poteſtatem Anglorum pervenit.

1 Huld. Mutius l. 25. Aventin. 8. Jacob. Meterus in Annal. Bland. l. 22. ſcribunt, nominatum à Ludovico Imp. vicarium S. R. Imperii Edvardum Angliæ regem. Deinde ab Elector. ad Imp. vocatum, quod tamen non accepit, omnia interim Reip. ſtudia pollicitus.

2 Argentinenſis. Lege hic Fr. Petrarchæ epiſtolam ad Nerium Forolivienſem Cæſaris notarium. Jovius lib. 8. de vita Vicecomitum Mediol. *Atque hinc eſt, quod Maximilianus* 1. *Imperator*

Vicecomitum, qui tunc Mediolani multum poterant, concessit, ut per Longobardiam essent Cæsaris perpetui vicarii: cujus quidem beneficii causa, [1] ingentem pecuniæ vim ab illis accepit, *nec ab iis modo, verùm ab aliis etiam populis, quibus aliquid esset, largitur.* Quæ sanè res imperii vires, ea quidem in regione, plurimum enervavit.

[2] Ex Italia postquam rediit, conventum egit principum, & [3] decretum illud imperii fecit, quod bullam auream vulgò vocant, postremò filium suum Wenceslaum, *Imperii successorem designavit, quod magnis largitionibus*

rator de Carolo 4. dixisse scribitur: Eo pestilentiorem pestem nunquam aliàs Germaniæ contigisse. Refertur à Jacobo Spigelio in commentario ad 5. librum Guntheri Ligurini. Videatur præterea Theodoricus de Niem, qui Carolum 4. l. 2. c. 25. de schismate, Dissipatorem imperii; in Nemore Unionis, tractatu 6. alterum M. Crassum, item Vitricum imperii nominat. Idem Carolum cum Wenceslao imperium totum affirmat vendituros, modo emptorem habuissent. Consule Crantzium Saxon. lib. 10. cap. 3. & 4.

1 *Ingentem pecuniæ.*] Carolus IV. pessimè administravit Imperium Germanicum, divenditis & donatis præcipuis ejus reditibus.

2 Albert. Argentinen. Philipp. Bergomens. Æneas Sylvius hist. Bohemic. cap. 33. Egnatius, Crantzius Saxon. lib. 9. cap. 39. & l. 18. c. 3. Johan. Dubravius, histor. Bohem. lib. 22.

3 *Decretum illud.*] Bulla aurea est lex fundamentalis imperii Germanici,

bus vix tandem obtinuiſſe ſcribitur, neque multò poſt mortuus eſt.

[1] Ipſo Rempub. gerente, Galliæ rex Johannes, Philippi Valeſii filius, commiſſo prælio cum Anglis, qui tunc bonam Aquitaniæ partem, & urbem Burdegalam tenebant, captus non procul à Pictavio fuit, cum natu minimo Philippo, qui poſtea Burgundiæ dux fuit cognomento Fortis, vel Audax. In eo prælio ex prima nobilitate complures occubuerunt. *Annalium ſcriptores tradunt, Anglos fuiſſe non ſupra ſeptem millia, quum Galli maximis copiis eò veniſſent, ad ſexaginta circiter millia:* fuit hoc anno MCCCLVI. duodecimo Calendas Octobris. Deductus in Angliam rex captivus, anno ſeptimo pòſt vitam ibi finiit.

[2] [3] *Wenceſlaus natura & educatione, & vitæ genere admodum vitioſus,* ut quidem de illo prodi-

nici, ita dicta quia aureo ſigillo ſit munita; promulgata fuit in Comitiis Norimbergenſibus a. 1356.

1 Æmil. l. 9. Robert. Gaguin. lib. 9. cap. 1. Lilius in hiſtoria Anglica. Ritius lib. 3. de regibus Francorum.

2 Æneas Sylvius Hiſt. Boh. cap. 54. Accuſatur hoc nomine ab Electoribus imperii in diplomate quod exſtat, editum opera Chriſtiani Urſtiſii, tomo 2. hiſtor. German. pag. 108. Videatur etiam Theod. à Niem. de ſchiſmate lib. 2. c. 25. & Nemus Unionis tractatu 6. item Johannes Dubravius lib. 23.

3 *Wenceſlaus.*] Hic Imp. non ut homo ſed ut beſtia vixit, & in eo tanquam in cloaca omnia

proditum est literis, planè Rempublicam neglexit. Accepta pecunia, Johannem Galeatium, ex Vicecomitum familia, Mediolani ducem & Insubriæ constituit, hominem avarum & crudelem.

[1] Eo regnante, [2] Jagello, dux Lithuaniæ, post mortem Ludovici regis, creatur Poloniæ rex de voluntate procerum, ejus, qui nunc ibi rerum potitur, Sigismundi II. proavus, tunc primum sacro fonte initiatus, vocatus Uladislaus.

[1] Un-

vitia concurrebant, quæ in homines etiam pessimos cadere possunt. Carnifex Pragensis in præcipua apud eum autoritate fuit, quem in curru secum ducebat ac de obviis statim supplicium sumere jubebat: propter hæc & alia flagitia ter fuit captus & in tetrum carcerem conjectus, sed semper mira altutia elapsus regnum recuperavit. Tandem Electores hoc monstro spoliarunt imperio, ac in ejus locum Anno 1400. elegerunt Robertum Comitem Palatinum.

1 Matthias Mechovius cap. 2. Sarmatiæ Europeæ. Curæus parte 1. Annal. Sleſiæ, Martinus Cromerus lib. 14 & 15. de rebus Polonicis, Avent. lib. 8. Alex. Gaguin. in ſcriptione Lithuaniæ.

2 *Jagello.*] Lithuania olim fuit peculiaris magnus ducatus & inter omnes Europæ populos diutiſſime retinuit Idololatriam gentilem, donec tandem *Jagello* crearetur Rex Poloniæ, à quo tempore Lithuania & Polonia unum corpus conſtituerunt, ac ipſi Lithuani fidem Chriſtianam ſuſceperunt.

1 Chal-

[1] Ungariæ rex autem Sigiſmundus, prælio victus fuit à Bajazete Turcarum Imperatore, [2] ad Nicopolim, tertio Calendas Octobris.

[3] [4] Galliæ rex Carolus, ejus nominis ſextus, inſignem equitatum auxilio miſerat in Ungariam, ductore Joanne, Philippi Audacis Burgundiæ ducis filio: qui captus eo prælio fuit, & adductus ad Turcam, in maximo vitæ diſcrimine, quod tamen evaſit. Id autem ſic accidiſſe ferunt Galliæ ſcriptores Annalium: Erat Bajazeti familiaris quidam Phyſiognomus, ex eorum grege, qui ſe profitentur hominum mores naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere: is contemplatus captivum, author Imperatori atque ſuaſor erat, ut eum dimitteret incolumem: fore enim, ut domum reverſus, maximum excitaret incendium, quo bona pars eſſet Europæ, vel orbis Chriſtiani conflagratura. Sic ille perſuaſus,

1 Chalcocondyles l. 2. rerum Turcicarum. Bonfin. Decad. 3. l. 2.

2 *Ad Nicopolim.*] Tribus prælliis maximis Chriſtiani contra Turcas, ſuccubuerunt, primo ad Nicopolim ſub Sigiſmundo, altero ad Varnã ſub Uladiſlao, tertio ad Nohatium ſub Ludovico.

3 Robertus Gaguin. lib. 9. c. 3. Vide Jacobi Meteri Annal. Flandricos lib. 24. ubi nonnihil ab hac narratione variat.

4 *Galliæ Rex.*] Hic recenſetur tam longi & atrocis inter Burgundos, qui hodiè ſunt Hiſpani, & Gallos belli origo. Cauſa fuit *Joh. Intrepidus*

ſus, hominem dimittit, & reliquos ex nobilitate captivos, ubi pretium perſolviſſent liberationis ad ducenta coronatorum aureorum millia.

[1] Cum in Galliam rediiſſet ille, ſimultatem cœpit exercere cum Ludovico, Aureliano duce, fratre regis. Nam is per valetudinem regis propè deploratam, volebat rempubl. gerere, quòd proximus eſſet agnatus: Burgundus verò, quod & patruelis eſſet regis, & ætate præcederet, mortuo jam patre Philippo, ſibi potius deberi contendebat adminiſtrationem. Augeſcente igitur indies magis atque magis offenſione, dux Aureliæ tandem, nocturno tempore, Lutetiæ fuit interfectus, à cœna domum rediens. Erant autem à duce Burgundiæ ſubmiſſi percuſſores, quod nec ipſe poſtea diffitebatur, & factum etiam defendebat. Fuit hoc anno MCCCCVII. nono Calendas Decembris.

[2] Anno duodecimo pòſt, quum pacificandi causâ dux Burgundiæ veniſſet ad locum conſtitu-

Dux Burgundiæ, qui Ludovicum ducem Aurelianenſem Pariſiis trucidari curavit: paulò poſt ipſe etiam *Johannes* juſſu Caroli Delphini fuit interfectus: atq; hinc illa inter Gallos & Burgundos odia.

[1] Gaguin. lib. 9. cap. 3. Æmil. l. 10. Michaël Ritius l. 3. de regibus Franciæ. Commentar. Pii Papæ 2. l. 6. pag. 273.

[2] Æmil. lib. 10. Tilius in Chronico Franciæ. Ritius de regibus Francorum.

ſtitutum, perfide circumventus à quibuſdam Aureliani ducis mortui familiaribus, qui conjuraverant in ejus caput, fuit interfectus, præſente Carolo Delphino, regis filio, qui diſceptationi cauſæ præerat.

[1] Hoc illud eſt ſeminarium belli, quod inde ab eo tempore inter familias illas duas, ad hanc noſtram ætatem uſque ſubinde revireſcit.

Cum propter ignaviam contemptus eſſet Wenceſlaus, principes ei magiſtratum abrogant, & Bavariæ ducem Robertum Palatinum eligunt.

[2] Is ad emendandum ea, quæ Wenceſlaus peccaſſet, animum ſtatim adjecit, neque ratum habere voluit, quod ille Joanni Galeatio conceſſerat, & [3] Inſubriam denuo cogitabat in ditionem Imperii redigere: cumque propter hanc, & id genus alias cauſas in Italiam contenderet, impeditus fuit, & repulſus ab eo, quem diximus, Galeatio.

[4] Valde tum erat turbulentus Italiæ ſtatus,

rum. Comment. Pii Papæ 2. l. 6. pag. 280. Annales Flandriæ l. 15.

1 Æneas Sylvius hiſt. Boh. cap. 34. Mutius l. 26. Johann. Cuſpinianus: Egnatius.

2 Avent. lib. 9. Egnatius Cuſpinianus. Jovius l. 13. de vita Vicecomit. Mediolan. Aventinus. lib. 7.

3 *Inſubriam.*] Ducatus Mediolanenſis inſtitutus fuit à Wenceſlao & ab eo tempore ab imperio abalienatus.

4 *Pomp. Mela lib. 3. Germani jus habent in viribus. Ammianus Marcelli-*

tus, Caroli Wenceslai potissimum culpâ, qui nimium iis populis indulserat. Nam, præter Galeatium nuper factum Mediolani ducem, Veneti etiam & Florentini, & Genuates bellum faciebant vicinis, totumque jus in armis positum erat atque potentia.

[1] Deinde per diuturnam absentiam Pontificum, frequentes Romæ fuerant natæ, ac plenæ periculi, simultates. Mediolani dux Galeatius bellum tunc inferebat etiam Florentinis, qui sui ulciscendi causa Cæsarem magnis pollicitationibus in Italiam rursus evocarunt: cumque Patavium veniisset Cæsar voluntate Venetorum, qui & ipsi Galeatium oderant, nec apparatum videret amplissimis respondere promissis, in Germaniam revertit, Italiæ deposita omni cura, quæ pòst intestinis malis gravius etiam labefactata fuit.

[2] [3] Roberto successit Sigismundus Wenceslai frater, Hungariæ ac deinde Bohemiæ quoque rex.

[4] Ad hoc tempus tres erant Pontifices, Johannes

ellinus l. 17. *Barbaris esse omne jus in viribus consuevit.*

1 H. Mutius lib. 26. Jovius lib. 11. de vitâ & rebus gestis Vicecomitum Mediolan.

2 Johan. Cuspinianus. Æneas Sylvius historiæ Bohemicæ c. 39.

3 *Roberto.*] An. 1410. *Sigismundus* Rex Hungariæ ac Bohemiæ fuit Imperator factus, princeps eruditus sed toto regno infelix.

4 Joann. Marius de schis. & Conciliis p. 3. c. 13

1 Crantz.

hannes XXIII. Gregorius XII. Benedictus XIII. ita quidem ut horum factionibus propè omnes Europæ provinciæ divenderentur. *Nam inde ab Innocentio* III. *ſicut ipſorum habent libri, per annos ducentos nullum fuerat Concilium publicum*, & corruptiſſimus erat ordinis Eccleſiaſtici ſtatus, quum inexhauſta quædam vitiorum & morborum colluvies inundaſſet, ac ferè medicinam reſpueret.

[1] Fuit enim interea [2] Bonifacius octavus, qui ſibi papalem ſimul & imperatoriam dignitatem arrogabat: pòſt, alter ab eo, Clemens V. Burdegalenſis, rogatu Philippi Pulchri, Galliæ regis, urbe Roma deſerta, curiam tranſtulit in Gallias: ab ejus verò morte quum Cardinales graviter diſſiderent inter ſe, per annos aliquot fuit interregnum, & Lugduni tandem creatus eſt Papa, Johannes XXII. Cadurcus.

[4] Qui fuit ab hoc Papa quintus, Gregorius, ejus nominis undecimus, quum in Galliis Romana curia per annos jam LXXI. conſediſſet, Romam revertit: ſed eo mortuo, de papatu

[1] Crantz. Saxon. l. 10 cap. 36. Aventinus lib. 7. Gaguin. l. 7. c. 5. Albert. Argent.

[2] *Bonifacius*.] Hic *Bonifacius* VIII. prima die habitu papali, altera habitu Imperatorio prodiit in publicum, ſeque *Papam* ſimul & *Imperatorem* eſſe jactabat. De hoc ſupra diximus, quod ingreſſus fuerit ut vulpes, regnaverit ut Leo, & mortuus fuerit ut canis.

[3] Sabellic. Ennead. 9.

tu certabant Urbanus sextus, Neapolitanus, & Clemens sextus, Sabaudus: quorum ille quidem Italorum, hic verò Gallorum præsidio nitebatur: illè Romæ commoratus, hic autem Avenione: cumque vitam hi finiissent, illi, quos diximus, tres in eorum locum, diversis factionibus electi fuerunt, eratque tum papatus triceps.

[1] Deplorabant tunc statum Ecclesiæ multi doctrina præstantes viri, tam Itali, quàm Galli, satis acriter insectati temporis illius corruptelam atque mores, quantum quidem in illis tenebris videre licuit.

[2] Ex iis Petrarcha, quum hærerent Avenione Pontifices atque Cardinales, urbem illam vocabat meretricem Babylonicam.

[3] Ejus ergo dissidii componendi causâ, Concilium in Germania cogitur Constantiæ, de cujus arbitrio tribus illis abrogatur magistratus, & eligitur Martinus V. [4] *Hoc in Concilio propter dogma, fuerunt exusti Joannes Hussus, Hiero-*

lib. 8. Theodor. Niemus libro de schismate.

[1] Vide catalogum testium veritatis à Matth. Flacio editum.

[2] Petrarcha in epistolis sine titulo, Babyloniam, quintum Labyrinthum, scelerum & dedecorum sentinam, larvarum ac lemurum domum appellat.

[3] 4. Tom. Concil. pag. 248 Æneas Sylvius hist. Bohem. cap. 36. H. Mutius lib. 27. Johann. Dubravius lib. 24. Vide acta hujus Concilii integro volumine comprehensa.

[4] *Hoc in.*] Joh. *Hussus* &

Hieronymus Pragenſis, tametſi fide publica Cæſaris eò veniſſent.

[1] Sigiſmundus Cæſar admodum laudatur, quod tunc reipublicæ causâ pleroſque omnes Chriſtiani nominis reges adiit, hortatus, ut in commune conſulerent.

[2] Rebus igitur in Germania compoſitis, in Italiam venit: gerebant tunc bellum terra marique Veneti & Florentini cum Philippo Mario, Joannis Galeatii filio, Mediolani duce.

[3] Romam deinde profectus, à Pontifice Eugenio IV. conſecratus eſt, inde Baſileam rediit, ubi tum alterum erat coactum Concilium.

[4] Hic ſucceſſorem habuit [5] Albertum, Au-

& Hieron. *Pragenſis* duo Bohemi tum temporis contra errores Papatus docebant & ſcribebant. Hi publica fide Sigiſmundi Cæſaris Conſtantiam ad Concilium fuere evocati atque combuſti, hoc prætextu, *hæreticis non eſſe ſervandam fidem.* Sed hinc exortum fuit bellum Huſſitianum; nam Bohemi totam Germaniam ferro & igne vaſtantes duce Joh. Ziſca, mortem ſuorum Doctorum graviſſime ulciſcebantur.

[1] Mutius l. 27. Egnatius, Cuſpinianus.

[2] Jovius lib. 12. de vita Vicecomit. Mediolan.

[3] Mutius l. 27. *Hujus Synodi hiſtoriam duobus libris complexus eſt Æneas Sylvius, quos poſtea Pontificatum adeptus abolere conatus eſt.* Vide tomo 4. Concil. pag. 414.

[4] Æneas Sylvius hiſt.

[5] *Albertum.*] Hic eſt *Albertus* II. qui poſt breve tempus imperii, contracto ex nimio eſu melonum morbo, obiit.

Austriæ ducem, Hungariæ Bohemiæque regem, qui civilibus & Turcicis bellis impeditus, in Italiam non venit.

[1] Hoc circiter tempore, rursus excitata fuerunt ingenia, quæ bonas artes, linguas atque literas excolere cœperunt, in Italia quidem primò, quùm Græcorum illi studiis adjuvarentur, post etiam apud Germanos, Gallos, aliosque populos: & cum [2] typographicum inventum accederet, maximasque commoditates adferret, incredibile est quàm felix & optata fuerit progressio.

[1] Nunc

[1] Ars Typographica ab homine Germano, in media Germania inventa & excogitata est anno Christi 1440. ut Polydorus Virgilius l. 2. c. 7. de rerum invent. S. Munster, Fr. Philelphus, Philippus Beroaldus aliique plurimi attestantur. Verùm patrum memoriâ, referente Conrado Putingero, in sermonibus convivalibus, *Pomponius Lætus eam laudem nostris præripere voluit, scribens ad Augustinum Maphurum: Imprimendi facultas, multis seculis intermissa, paulo antè revocata est. Jovius enim hist. lib. 14. in regione Sinarum libros ante multos annos impressos exstare ait. Johan. Consalvus Mendoza lib. 3. cap. 16. de regno Chinæ, scribit, artem Typographicam 500. annis antequam ad Germanos veniret, ejus loci in usu fuisse.* Videatur etiam Johan. Petrus Maffeus histor. Indic. l. 6. *Hadrianus Junius in Batavia cap. 17. artis hujus inventionem civi cuidam Harlemensi attribuit.*

[2] *Typographicum.*] Typographia primo reperta fuit anno 1440. de primo Inventore inter se Harlemenses in Hollandia & Moguntinenses in Ger-

[1] Nunc enim perpetuis ab illo tempore ſtudiis, eò deventum eſt, ut cum eruditiſſimis olim ſeculis hæc ætas noſtra conferri poſſit, & hoc nomine ſit inprimis beata, quod hanc optimarum artium & linguarum ſcientiam, vera ſui cognitione Deus illuſtravit etiam, quum veteres illi tanquam literarum præſidiis inſtructi, homines eloquentiſſimi, profundis eſſent immerſi tenebris, & ſummum illud bonum, de quo tam multa ſcripſerunt, fruſtra inveſtigarent.

[2] Alberto ſucceſſit Fredericus III. Auſtriæ dux,

Germania litigant, quippe Harlemenſes conſtanter tuentur quendam ſuorum civium, cui nomen Johan. Coſterus & cujus imago in hac urbe conſpicitur, artis typographicæ primum inventorem fuiſſe. Idem de ſuo Joh. Guttenbergo aſſerunt Mguntini. Quæſtio manet indeciſa & parum in eo ſitum eſt quis primus fuerit autor. Illud tempus inter A. 1300. & 1400. tres novas artes prodidit, quibus totus orbis fuit immutatus: bombardas ſive uſum pulveris pyrii, per quem tota ratio belli gerendi eſt mutata, 2. pyxidem nauticam ſive compaſſum unde tota navigatio fuit immutata, 3. typographiam, unde tota ratio ſtudiorum fuit mutata. Ab hoc igitur tempore novus orbis, novi homines, novæ artes, nova imperia, novæ religiones emerſerunt, adeoque generalis converſio & immutatio rerum humanarum accidit.

1 Hulder. Mutius l. 29. Johan. Cuſpinianus. Egnatius.

2 *Alberto.*] A. 1444. electus eſt Imp *Fredericus* III. princeps pacificus, & familiæ Auſtriacæ magnus illuſtrator,

Quippe

dux, qui Romam placidè profectus, & consecratus à Pontifice Nicolao V. domum rediit, nec in Italia quicquam movit.

[1] Regni ipsius anno quarto, [2] Uladislaus, Uladislai filius, Poloniæ simul & Ungariæ rex, quum Eugenii Pontificis impulsu violasset inducias, ab Amurathe secundo ejus nominis, Turcarum Imperatore, prælio victus ad Varnam, seu Dionysiopolim, undecima die Novembris occubuit.

[1] Nono

Quippe suæ familiæ, primus titulū dedit Archiducū & per nuptias sui filii Maximiliani cum Maria filia Caroli Burgundiæ ducis, provincias Belgicas & Hispaniam cum domo Austriaca conjunxit.

[1] Chalcoc. lib. 6, & 7. Bonfin. Decad. 3. lib. 6. Mutius lib. 28. Jovius 2. Elogiorum sub effigie Juliani Cæsarini Cardinalis. De hac clade Varnensi exstant duo libri Callimachi Experientis copiosè & eruditè scripti.

[2] *Uladislaus.*] Diximus supra 3. magnis præliis Christianos à Turcis fuisse superatos primo ad Nicopolim. 2. ad Varnam. In Clade ad Varnam occisus fuit *Uladislaus* Poloniæ & Hungariæ Rex: causa tantæ cladis fuit perfidia Christianorum, qui pacem cum Turca factam nefariè fregerunt, suasu Papæ Eugenii IV. & impulsu Juliani Cardinalis. Igitur Amurathes Rex Turcarum tabulas pacis perticæ præfixit & alta voce exclamari jussit *Jesu Christe, si es Filius Dei ulciscere hanc perfidiam tuorum Christianorum.* De hac clade Varnensi extant hi versus memorabiles.

Romulidæ Cannas ego Varnam clade lutabo;
Discite mortales non temerare fidem.
Me nisi Pontifices jus-

fissent

[1] Nono pòſt anno, [2] Conſtantinopolim vi cepit Mahometus, Amurathi filius, quam ejus hæredes jam per annos centum & tres occupant, conſtitutâ ſede regiâ.

[3] Uladiſlao ſucceſſit, in Polonia quidem, Caſimirus frater; [4] in Ungaria verò Ladiſlaus, Alberti ſecundi Cæſaris filius poſthumus.

Succeſſorem Cæſar Fredericus habuit filium Maximilianum.

[1] Pau-

ſiſſent rumpere fœdus,
Non ferret Scythicum
Pannonis ora jugum.

[1] De expugnatione Conſtantinopolis, quæ incidit in annum Chriſti 1453. exſtat liber Leonardi Chienſis Epiſcopi Mitylenæi & Godefridi Langi. Videantur præterea Chalcondiles lib. 8. Continuator Michaëlis Glycæ, Commentar. Pii Papæ 2. lib. 1. pag. 8. Crantzius Saxon. lib. 11. c. 33. Chriſtophorus Richerius de rebus Turcicis lib. 4. *Notetur autem, urbem hanc à Conſtantino Magno, Helenæ filio, reſtauratam: ſub Conſtantino Palæologo, itidem Helenæ filio, à Turcis occupatam eſſe. Rectè itaque dixit Iornandes lib. 1. In eis ſæpe regna deficiunt, à quorum nominibus inchoant.*

[2] *Conſtantinopolim.*] Mahometes II. Rex Turcarum expugnavit Conſtantinopolim 1453. 29. Aprilis, ita funditus deletum fuit imperiũ Græcorum, ac Turcæ ſedem imperii tranſtulerũt Conſtantinopolim.

[3] Johan. Cuſpinianus.

[4] *In Ungaria.*] *Ladiſlaus* Poſthumus factus fuit Rex Hungariæ & Bohem. Hic magna ingratitudine Ladiſlaum filium Joh. Hunniadis fortiſſimi ducis decollavit, & fratrem ipſius Matthiam in carcerem conjecit. Sed ipſe Ladiſlaus anno ætatis 18.

[1] Paulò ſub mortem Frederici, Ferdinandus rex Hiſpaniæ, pulſis Barbaris, *Beticam, quæ Granatæ regnum vulgò dicitur, ſuis finibus adjunxit.*

[2] [3] Maximilianus, inter alia multa, cum Venetis quoque bella geſſit.

[1] Hunc

tis 18. Pragæ veneno fuit necatus, & Matthias ex carcere ad Regnum Hungariæ promotus. Hic eſt ille Magnus *Matthias* Hunniades, Rex Hungariæ, terror Turcarum, & omnium ſui temporis principum bellicoſiſſimus, cum quo omnis gloria Hungariæ expiravit.

[1] Michaël Ritius l. 3. de reg. Hiſpan. Legatur hiſtoria Magni Conſalvi tribus libris à Paulo Jovio deſcripta. Item liber de expugnatione Granatæ.

[2] De hujus Imp. rebus geſtis ſcripſerunt Guicciardinus, Joan. Sleidanus, Jovius, Surius, aliique plurimi.

[3] *Maximilianus.*] *Maximilianus primus* factus Imp. anno 1490. princeps maximus & fortiſſimus. Hic duxit Mariam filiam Caroli ducis Burgundiæ, ac eo matrimonio factus fuit Princeps Belgarũ, ſed Belgæ ejus imperium ægrè pertulerunt, ideo à Brugenſibus in Flandria fuit captus & parum abfuit quin à tumultuantibus interficeretur, niſi pater ipſius Fredericus Imp. cum totius Germaniæ viribus liberationem ejus procuraſſet. Filium habuit Philippum primum, qui ducta Johannæ factus eſt Rex Hiſpaniæ, ſed in flore ætatis obiit, relictis duobus filiis Carolo & Ferdinando. *Carolus* factus eſt Rex Hiſpaniæ & Imperator à quo hodie Reges Hiſpaniæ deſcendunt. *Ferdinandus* factus eſt Dux Auſtriæ à quo hodierni Imperatores Germaniæ & familia Auſtriaca deſcendit.

[1] Hunc

[1] Hunc ſecutus eſt Carolus, è filio Philippo nepos, Cæſar, ejus nominis quintus, longè potentiſſimus, qui rerum hodie potitur.

[2] Ex iis igitur, quæ commemoravimus, liquidò apparet, quomodo Romanum imperium, quo nullum fuit, nec erit, potentius, *propè ſit omnino diſſipatum.* Nam per Aſiam ne veſtigium quidem, aut latum unguem, ſicut proverbio dicitur, habemus: occupant omnia Turcæ, Scythæ, & alii noſtræ religionis hoſtes: Africam totam amiſimus, niti quantum ſuperioribus annis à Carolo V. Cæſare recu-

[1] *Hunc ſecutus.*] *Carolus* creatus eſt Imp. anno 1519. atque hic omnium Imp. qui unquam fuerunt longe potentiſſimus cenſetur, qui præter Hiſpaniam, Belgium, Italiã, Germaniam, totam ferè Americam ſive vovum orbem, poſſedit. Nam ejus tempore duo maxima Imperia *Mexicanum* & *Peruanum* fuernnt detecta & ab Hiſpanis occupata. Idem magnam partem Africæ expugnavit, adeoque ſolus, quod nulli Monarchæ contigit, in 4. orbis partes dominatus fuit. Maxima bella geſſit cum Gallis, quorum Regem Franciſcum I. in prælio ad Ticinum cœpit, & in Germania cum Proteſtantibus, quorum duces, Joh. Fredericus Elector Saxon. & Philippus Landgravius Haſſiæ etiam in ejus poteſtatem venerunt: tandem ſponte imperiis & regnis ſe abdicavit ac privatam vitam in Monaſterio Sancti Juſti tranſegit. Mortuus Anno 1558.

[2] Sleidanus comment. lib. 9. Ibidem lib. 22. Bellum Tunetanum Johannes Eutropius deſcripſit. Africæ (quam Mahadiam à Mauris dici Fazellus tradit) expugnatio à

Chr

recuperatum est, [1] quando Ænobarbo, Turcico legato, *Tunetam ademit, glorioſam adeptus victoriam, & regem ibi conſtituit, ipſi vectigalem, & anno decimo quinto poſt, Africam urbem oppugnatione cepit.*

[2] Avulſa eſt Luſitania, Hiſpania, Gallia, Britannia, Dania, Sarmatia, Pannonia, Illyricum, Græcia tota, cum vicinis regionibus: adhæc Sicilia, Sardinia, Corſica, Baleares inſulæ, Allobroges: quæ quidem provinciæ ſuos habent dominos, qui plenam in omnibus poteſtatem obtinent, & ad imperii rationes ne tantillum quidem conferunt.

Videamus nunc Italiam, priſcum & avitum ac primum Romani imperii patrimonium; hæc ipſa verò, quid nobiſcum habet commune? Calabriam, Apuliam, Campaniam, Neapolim, avita ſucceſſione tenent Hiſpaniarum reges.

Urbem Romam, Cæſarum domicilium atque

Chriſtophoro Claudio Stella expoſita eſt. Ea quomodo rurſus amiſſa ſit, exponit Johan. Leunclavius in continuatione Annalium Turcicorum à ſe editorum.

[1] *Quando Ænobarbo.*] Hic *Ænobarbus*, alio nomine *Barbaroſſa*, fuit pyrata famoſiſſimus, qui totum mare mediterraneum deprædabatur, ideo Carolus V. duas expeditiones in Africam ſuſcepit ac expugnavit Tunetum & urbem Algeiram ſed paulo poſt iterum amiſſæ fuerunt.

[2] Arnoldus Feronius l. 9. de geſtis Gallorum, Tilius in Chronico Frãcorũ.

[1] *Quan-*

que ſedem, agrum Picenum & Flaminiam, & Hetruriæ partem occupant Romani Pontifices, qui non modo non agnoſcunt imperium, ſed Cæſares etiam imperiique præfectos tenent ſibi devinctos.

Quæ ſunt iis locis potentiores civitates, aut ſuos habent regulos, aut factionibus indulgent, nihilque planè ad nos pertinent.

Jam Veneti, quàm poſſident egregias non ſolùm urbes & municipia, verùm etiam provincias, ipſi interim liberrimi, & ab Imperio Romano planè ſejuncti?

Inſubria verò, quæ vulgò Longobardia dicitur, aliquantò quidem propiùs ad nos pertinet, ſed & ipſa fluctuat, nec certum ullum emolumentum ad nos illinc redit. Poſtquam enim noſtri quidam Cæſares, ut ſuprà dictum eſt, primo Vicecomites, ut vocant, ac deinde Duces ibi conſtituerunt, quàm miſerè dilacerata fuit, & quàm nihil ab eo tempore nobis contulit? ortis enim bellis, cùm noſtri Cæſares eam negligerent, ejectis Vicecomitibus, occupavit illam Sfortiarum familia, [1] quam deinde Galliæ reges Ludovicus XII. & Franciſcus primus ejecerunt: & hic quidem per annos ſex regionem illam tenuit, donec Carolus V. Cæſar eam recuperavit.

[1] Ex

1 *Quam deinde.*] Propter Ducatum Mediolanenſem graviſſima bella inter Gallos & Hiſpanos exor-

[1] Ex omni igitur Italia nihil fructus ad imperium redit: nam neque noſtris conventibus interſunt: nec ad publicos uſus atque neceſſitates aliquid contribuunt: niſi quantum vel ſua ſponte, vel alioquin in gratiam Cæſaris faciunt.

Sola ſupereſt Germania, quæ ſemper adverſata Romanorum Imperio, & ſubinde rebellans, ut è ſuperioribus conſtat, tandem à Carolo Magno, Cæſare, collecta fuit, & in unum redacta corpus: *ac deinde, quum eligendi Cæſaris poteſtas ad Septem-viros delata fuiſſet, ut ſupra demonſtravimus, facta eſt Cæſarum domicilium atque ſedes.*

Atque hic tamen conſiderandum eſt etiam, quàm ægrè potuit coaleſcere hoc ipſum quantulumcunque corpuſculum Imperii, conſtatum in Germania. Quæ enim non diſſidia fuerunt apud nos, & bella civilia?

Totum igitur illud, quod hodie imperii nomine cenſetur, intra Germaniæ fines includitur, nam foris & extra limites illos, nihil ſupereſt. Quanquam & intra ipſos fines tam modicè circumſcriptos videmus, quemadmodum non pauci tergiverſantur, & [2] ſe, ſuoſque, quantum poſſunt, ab imperii ditione ſubducunt:

exorta fuerunt, quæ ad noſtra uſque tempora durarunt.

1 Zonaras tomo 3.

2 *Se ſuoſque.*] Ita ſe ſubduxerunt Helvetii & Belgæ ſive circulus Burgundicus. Ita in hoc ultimo

cunt: ut interim de vicinis regibus & aliis nihil dicam, qui ab hoc ipso tam tenui & exsangui corpusculo, quod vix ossibus hæret, decerpunt & avellunt quotidie, quantum possunt, & suæ ditionis efficere conantur, quod erat Reipublicæ.

Ut autem ad finem aliquando perveniamus, Danielem de his rebus omnibus vaticinantem, paucis accommodemus. De statua, quam per somnium Nabuchodonosor vidit, suprà diximus: huc postea recurremus, nunc alia loca videamus.

[1] Capite VII. describit quatuor animalia, quæ per somnium ipse vidit ex Oceano prodire, leonem, ursum, pantheram: quartum & postremum ait fuisse terrificum & horrendum aspectu.

Leo denotat regnum Assyrium: alæ duæ, quas illi tribuit, sunt duo veluti membra illius imperii, Babylonia & Assyria.

Per ursum significatur regnum Persicum, à quo fuit devictum Babylonicum: tres costæ, quas inter alios dentes in illius ore fuisse scribit, sunt tres præcipui reges hujus Monarchiæ, Cyrus, Darius, Artaxerxes, qui præ cæteris claruerunt, & multam carnem ederunt, ut inquit, hoc est, complures populos suæ ditioni con-

timo bello Sueci Pomeraniam, Galliam, Alsatiam discerpserunt.

1 Joseph. antiquit. Judaic. lib. 11. c. 8. Zonar. tom. 3.

conjunxerunt. Panthera est Alexandri Magni, seu Græcorum imperium: quatuor illius alæ & capita sunt quatuor regna, quæ post Alexandri mortem ex illa Monarchia prodierunt.

Quartum & postremum animal, est imperium Romanum: decem cornua, sunt ejus membra, seu partes, cujusmodi sunt Syria, Ægyptus, Asia, Græcia, Africa, Hispania, Gallia, Italia, Germania, Britannia: nam illi hæc omnia tenuerunt.

[1] *Jam inter decem ista cornua, nascitur & prodit cornu quoddam parvulum, quod de decem illis cornibus tria revellit: istud denotat regnum Mahometicum sive Turcicum, quod ex humili initio natum in Romana Monarchia, tres præcipuas partes illius occupavit: Ægyptum, Asiam, Græciam: deinde, cornu istud parvulum habet oculos, & est contumelioſum adversus Deum.*

Maho-

1 *Jam inter.*] Explicatio hujus Prophetiæ Danielis in quibusdam admodum est obscura & difficilis, unde variæ Interpretum sententiæ occurrunt, quæ ap. Theologos potius quam Historicos videri debent: id tamen certum est Monarchiam *Romanam* duraturam usque ad finem mundi; & demum destructam iri in adventu ultimo Christi, qui constituet Monarchiam V. & Imperium non temporale sed spirituale ac æternum. De hac quinta Monarchia variæ inter homines foventur sententiæ; *Chiliastæ* statuunt, *Christum corporaliter in terram venturum, ac delevis omni-*

Mahometus enim novum doctrinæ genus propoſuit, ſuis valde gratum, & quod prudentiæ ſpeciem aliquam haberet: hi ſunt oculi, ſed revera Deum afficit contumeliâ. Nam Prophetarum & Apoſtolorum ſcripta planè delevit, & Chriſti beneficium nullum agnoſcit, imò convitiis exagitat omnem de Chriſto doctrinam.

Ad hæc parvulum illud cornu bella gerit cum ſanctis, & vehementer illos affligit, ut inquit, donec judicium fecerit antiquus ille, cujus nec initium eſt, neque finis.

Ex quo quidem clarè perſpicitur, in hoc ipſo imperio finem eſſe habiturum hoc mundi curriculum, nec ullum præterea futurum: ſed abolitis omnibus mundi principatibus, venturum eſſe perpetuum illud regnum, cujus autor & dux erit Chriſtus.

Capite octavo Daniel deſcribit arietem & hircum, hoc autem angelus ipſe pòſt interpretatur apertè, & arietem bicornem dicit eſſe Medorum atque Perſarum reges: hircum verò, Græcorum imperium, & cornu illud magnum in ipſius fronte, ſignificare primum ejus imperii regem: quod autem eo cornu confracto, quatuor alia cornua ſuccedant, notari dicit,

omnibus imperiis, quintam Monarchiam terreſtrem omnium Sanctorum erecturum, eamque per mille annos duraturam, quæ ſententia hodie quamplurimas aſſeclas habet in Anglia.

cit, quod ex illo Imperio quatuor sint oritura regna, sed robore & potentia minimè conferenda cum primo illo rege.

Videamus ergo, quam propriè & certò depinxerit Daniel Alexandrum Magnum, ducentis annis & amplius antè, quam ille regnaret. *Fore enim dicit, ut hircus terram non tangat, hoc est, ut maxima celeritate bella sua conficiat, & ut ab ipsius impetu nemo possit arietem liberare.* Nam duodecim annis tantum regnavit Alexander, tamque brevi spatio temporis Asiam propè totam sibi subjecit, ut suprà docuimus, ac licet incredibilis esset Persarum atque Medorum potentia, tamen tribus præliis ordine victus ab illo Darius, vitam simul & imperium amisit.

Tradunt nonnulli, quum Hierosolymam venisset Alexander, [1] summum sacerdotem ei recitasse Danielis locum, istum: quo quidem vehementer ille fuerit exhilaratus.

[2] Deinde, quod ex quatuor istis cornibus oriturum sit aliud, initio quidem parvum, sed postea valde potens, quod gravissimè sit afflicturum loca sacrosancta: hoc ipso prænunciari

1 *Summus Sacerd.*] Summus Judæorum Sacerdos vocabatur *Jaddus*, qui Alexandro Prophetiam Danielis explicavit, eique ostendit, *Monarchiam à Persis ad Græcos transferendam esse.*

2 Daniel. 2. Joseph. antiquit. Judaic. lib. 10. cap. 12.

1 *Nunc*

si dicit acerbissimas persecutiones, quas Judæi sint passuri à posteritate Alexandri Magni, à regibus Ægypti atque Syriæ, quas inter media est Judæa. Nam cornu istud ex quatuor illis cornibus ortum, experti sunt Judæi, Antiochum videlicet Epiphanem, Syriæ regem, crudelissimum vastatorem.

Huc etiam applicandum est caput XI. in quo rursus de Alexandro Magno loquitur, ejusque successoribus, adeo quidem copiosè atque propriè, ut non vaticinium, sed historia quædam esse videatur.

[1] Nunc tandem ad statuam Nabuchodonosoris veniamus, de qua priori libro per occasionem diximus. Interpretationem autem ipsius de tribus primis Imperiis, quoniam & perspicua est, & temporibus ipsis comprobata, non repetam. De quarto solùm aliquid dicemus, quoniam ad nos propriè pertinet, qui in eo versamur, & à Daniele describitur accuratius: ferreum esse futurum dicit, quod reliqua omnia imperia comminuet, sibique subjiciet. Ad demonstrandum istud, non opus est multis verbis: res enim ipsa loquitur, & ex historia rerum, quas enumeravimus, liquidò constat.

[1] Pe-

1 *Nunc tandem.*] Statua hæc constabat ex quatuor Metallis; *caput aureum* erat Monarchia Babylonica, *pectus argenteum* Monarchia Persica, *Venter æreus* Monarchia Macedonica & denique *pedes ferrei* Monarchia Romana.

1 Dan

1 Pedes autem illius, ac digiti pedum partim sunt ferrei, partim fictiles è testa. *Sicut humani corporis pes finditur in digitos, ita Romanum imperium, ubi constiterit aliquandiu firmum & innixum cruribus ferreis, ac totum terrarum orbem in ambitu suo complexum fuerit, desinet in digitos, & corporis illa moles dissolvetur.* Hoc ipsum etiam constat accidisse: nec opus est explicatione. Quid enim magis hodie dissolutum est, quàm imperii illius amplissimi corpus?

Et quanquam ita se res habet, tamen quia planta pedis est ferrea, ut inquit, manebit firmamentum ejus, neque prorsus confringi poterit, sed reliquiæ, nomen atque dignitas durabunt, donec Christus adventu suo rebus omnibus humanis finem imponet. Quin ad summam tenuitatem redactum sit, dubitari non potest, ac luce meridiana clarius est.

Arbor illa procera concidit, sed hæret adhuc atque constistit illius radix, non quidem succulenta, sic, ut propagari possit atque augescere, verùm exsucca prorsus & arida: sed tamen hanc radicem ac plantam ferreæ naturæ, nulla vis humana funditus revellet, sed hærebit infixa solo, quoad ista rerum omnium fabrica destruetur.

Sumus & hoc experti: nam tenuem hanc &

1 Dan. 9. 2. 2 Thess. 1.

1 *Nec*

& angustam Imperii possessionem, multi sæpe conati sunt evertere: pontifices quoque Romani, ac postremò etiam Turcæ. Qui licet magna perfecerint, & majora sibi fortasse pollicentur, non conflabunt ejusmodi molem, quæ cum Romana potentia conferri possit, neque seminarium imperii, quod reliquum est, licet aridum & flaccidum, evertent: [1] *nec enim quinta constitui potest Monarchia.*

Germania quidem sola titulum ac possessionem habet imperii, sed si vires conjungat & animos, vim omnem externam facilè depellat, sicut non uno potest documento probari.

Paucis abhinc annis ingentes fecerunt progressus, & superato Bosphoro Thracio, longè latéque sunt per Europam grassati Turcæ; suam nunc ditionem planè conjunctam habent atque finitimam Germaniæ, quæ sanè maximo videtur exposita periculo, sicut etiam Italia propter vicinitatem: *sed si Danielem propius intueamur, sperare licet, vim atque potentiam illorum in summo nunc gradu consistere. Nam tria solùm cornua Daniel eis attribuit, ut supra diximus: & illa quidem nunc obtinent,*

[1] *Nec enim quinta.*] Quintam Monarchiam duo præcipui populi moliuntur, *Hispani* & *Turcæ*, sed omnes eorum conatus sunt frustranei. Deus 4 tantum Monarch. terrestres esse voluit, ergo non dabitur quinta, atque præcipuum argumentum, Turcas nunquam potituros Germa-

nent, initiò domini rerum facti per Asiam, deinde per Græciam & Ægyptum. Ac Græciæ quidem appellatione comprehendi potest, quicquid est in eo tractu regionum, prope ad Illyricum usque.

Et quanquam hoc tempore non modicam Ungariæ partem occupant, & tametsi fieri potest, ut Germaniam, aut alias vicinas regiones divexent: tamen, quoniam & certos intra limites illorum ditio consistere debet, & Romanæ potentiæ minimè poterit conferri, sicut jam demonstravimus, credibile est, has provincias non esse venturas in illorum ditionem, sicut tres illæ sunt hodierno die, Græcia, Ægyptus, Asia.

Bellum facturi sunt sanctis, & in Christianæ professionis homines immanitate summa grassabuntur, & durabit hic illorum furor ad finem usque mundi, sicut Daniel clarè testatur.

Atque hæc est ejus vaticinii causa præcipua, quo videlicet de postremi temporis ærumnis atque miseriis præmoniti & certiores facti, non despondeamus animum, sed liberationem exspectemus per adventum Christi servatoris nostri, qui statim has afflictiones, ut inquit, excipiet, ac in firmam & tranquillam stationem suos transportabit, & lacrymas ab oculis eorum absterget. Quæ-

nia est quod quarta Monarch. sive Romana debet durare usque ad finem mundi.

1 Jo.

Quædam loca Danielis ad Judæos propriè pertinent, quibus & liberatio promittitur captivitatis, & Messias ille, promissus patribus, intra certum ac ibi notatum & expressum tempus denunciatur esse venturus: reliqua autem vaticinia ad omnium postremam mundi ætatem pertinent, & ad eos, qui tunc vivent, quum & parvulum illud cornu, Mahometi posteritas, bellum geret cum sanctis, & quum revelatus atque dejectus fuerit homo ille peccator & sceleratus, qui sedet in templo Dei, seipsum ostentans, ac si Deus esset: nam & hujus tyrannidem Daniel præsignificavit, ut Paulus in suis epistolis disertè interpretatur.

[1] Satanas, quem hujus mundi principem vocat ipse Christus, quum semper aliàs, tum in ultima mundi deficientis ætate longè vehementissimè tumultuabitur, & omnis iracundiæ laxabit atque furoris habenas, & adversarios excitabit Christo, qui non modo vi armorum sæviant, verum etiam in fraudem & errorem abducant homines falsa doctrina, sic quidem, ut ipsorum laqueos vix evasuri sint etiam electi.

Nimirum, hoc illud est tempus, quod capite XII. Daniel significat, adeo prorsus afflictum & calamitosum, ut nec simile fuerit unquam, neque futurum sit. Nihil enim læti nobis pollicetur, sed gravissimas persecutiones

1 Johan. 12. 14. & 16. | Matt. 24. Marc. 13.

denunciat, quando calamitates illas, de quibus loquitur, duraturas esse dicit, *dum perficiatur dispersio manus populi sancti.*

Vexabitur ergo populus Dei passim per orbem terrarum, & affligentur pii diversis locis, quamdiu terrarum orbis consistet. Quod quidem prophetæ, vel potius, angeli testimonium spem nobis omnem præscindit conciliationis & aggregationis. Nam de dispersione & dissipatione perpetua loquitur, *& natis propter doctrinam ac religionem dissidiis, tunc demum finem statuit, quum ipse Christus apparebit.* Verùm ut consoletur & erigat & sustentet eos, qui tunc vivent, mox ab istis ærumnis mortuorum resurrectionem ponit: quam ut lætam experiamur atque salutarem, magnis precibus orandus est Deus.

Quantum verò Danieli sit tribuendum, testatur ipse Christus, qui locum ex eo desumptum pro concione refert, & auditoribus commendat.

Cum ergo sint afflictissima hæc nostra tempora, studiosè cognoscendus est hic vates, qui nobis in hoc mundi postremo curriculo positis concionatur; ac diligenter introspiciendus, ut in his præsentibus malis, & adversum imminentes fluctus atque tempestates, vera nos & certa consolatione, tanquam vallo quodam & aggere præmuniamus.

IN-

INDEX

Propriorum nominum, quæ in hoc libello continentur.

A.

Agatus Persarũ rex. 136
Abraham. 6
Accius Poeta. 88
Achas rex Juda. 13
Achæi populus Græciæ. 84
Achaia. ibid. Provincia fit. 131
Actiaca victoria. 120
Adalgisius rex Longobardorum. 219
Adelbertus, Bremensis Archiepiscop. 263
Adolphus Cæsar. 301, 302
Adolphus rex Gothorũ. 176
Adramelech filius Senacherib. 14
Adrianus I Papa. 219
Adrianus II Papa. 242
Adrianus IV Papa. 281
Æschines. 58
Aetius Valentiniani legatus. 180
Ægyptus Romanorum provincia. 120
Ægypti fructus annui. 121
Ælius Adrianus Cæsar. 133
Æmilianus Cæsar. 142
Ænobarbus legatus Turicus. 328
Æneas 46
Æqui 61
Ætoli 75
Afranius dux. 109
Afranius Poeta. 88
Africa. 84
Africãus jureconsultus. 137
Agabus. 129
Agapetus Episcopus Romanus. 198
Agrigentini. 83
Aistulphus Longobardorum rex. 217
Alaricus Gothorũ rex. 175
Alani. 177
Albertus Cæsar. 302
Albertus II Cæsar. 325
Albinus. 136
Albinus. 136
Albinus præceptor Caroli M. 238
Alburnus Valens, jureconsultus. 134
Alcibiades. 34
Alexander Macedo. 37, & inde.
Alexander Severus, Cæsar. 138
Alexandri Pontificis decretum. 154

Alexander II Papa. 263
Alexander III Papa. 283
Allobroges populi Galliæ. 88
Alphonsus. 2
Alcadas. 10
Ambiani. 228
Ambrosius Epiſc. Mediolanenſis. 172
Amisia flumen. 124
Amuratbes Turcarum Imp. 324
Anaeleti decretum. 154
Anaſtaſius Imp. 188
Anaſtaſius II Imp. 213
Anaxagoras. 31
Angli, populus Saxoniæ. 179
Annibal. 65,68,72
Annibal moritur. 76
Anno, Archiepiſcopus Coloniensis. 264
Anthemius Cæſar. 185
Anthemius, Patriarcha Conſtantinopolitanus. 198
Antibius jureconſultus. 137
Antigonus rex Aſiæ minoris. 44
Antiochenæ Synodi decretum. 164
Antiochus Syriæ rex. 73
Antiochus Epiphanes. 77
Antipater. 44
Antiſthenes. 57
Antiſtius Labeo jureconſultus. 98
Antonius Baſſianus Caracalla, Cæſar. 137
Antonius Pius Cæſar. 134
Aphrica. 84
Aphrica urbs. 327
Appius Claudius Decemvir. 51
Appius Claudius cæcus. 60
Aquæ Sextiæ. 91
Aquiſgranum. 235
Aquitani. 125
Aquitania. 178,228
Aralius rex Babylon. 9
Aratus Sicyonius. 35
Arbaces Medorum præfectus. 12
Arbogaſtus. 169
Arcadius Imperator. 170
Archadius jureconſultus. 137
Archelaus rex Ægypti. 106
Archelaus filius Herodis Magni. 125
Archidamus rex Lacedæmoniorum. 32
Archimedes. 67
Archimedis ſepulchrum. 68
Arethuſa fons. ibid.
Argentoratum. 162
Ariobarzanes Cappadociæ rex. 92
Arioviſtus Germanorum rex. 104,227
Ariſtides. 35
Ariſtippus. 57
Ariſtomenes Meſſenius. 35
Ariſtonicus. 86
Ariſtophanes. 32
Ariſtoteles Alexandri Magni præceptor. 42,57

Arius rex Babyloniæ. 9
Arii hæresis damnata. 157
Armatrites rex Babyloniæ. 9
Arminius Cheruscorum dux. 124
Armoricæ urbes. 232
Arnolphus Malus, Bavariæ dux. 248
Arnolphus Cæsar. 246
Arrianus jureconsultus. 134
Artabanus Parthorum rex. 137
Artabastus. 215
Artaxerxes Persarũ rex 138
Artaxerxes Longimãus. 33
Artaxerxes Mnemon. 36
Arverni populi. 88,227
Ascarades rex Babyloniæ 11
Asdrubal. 70
Assarado filius Sennacherib. 15
Assur rex Babyloniæ. 5,20
Assyrium regnum. 5
Asta diruta. 281
Astyages, aliàs Assuerus, rex Medorum. 22
Athenienſium claſſis in Sicilia. 33,34
Athenienſium prælium ad Marathonem 27
Athenienſium prælium ad Salminem. 29
Attalus Pergami rex. 86
Attila rex Hunnorum. 180,181
Attilius Calatinus. 64
Anſidii duo jureconſulti 97
Auguſtulus. 186
Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus 173
Avitus Cæſar. 185
Aulus Gabinius. 103,104
A. Oſſilius jureconſultus 97
A. Vitellius. 131
Aurea bulla. 312
Aurelianenſe conciliũ. 190
Aurelianenſis academia. 306
Aurelianus Imperator. 145
Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus. 198
Auſonius Burgedalenſis Poeta. 169
Azo jureconſultus. 295

B.

Babel urbs & turris. 8
Babylon capta. 22
Bactriani populi. 9
Bajazetes Turcarum Imperator. 315
Balbinus Imp. 139
Baleares inſulæ. 328
Baleus rex Babylon, Xerxes cognominatus. 9
Baleus alter rex Babylon. ib.
Bambergenſis Epiſcopatus. 216
Balthaſar rex Babylon poſtremus. 21
Balticum mare. 188
Baſilienſe conſilium. 321
Baſtarnæ, populus. 150
Beliſarius. 193, & ſeqq.
Bellum Catilinarium. 102

Bellovaci. 228
Bellum civile Cæsaris & Pompeji. 108
Bellum Jugurthinum. 91
Bellum Piraticum. 92
Bellum Punicum primum. 61,62
Bellum Punicum secundum. 65
Bellū Punicum tertiū. 80
Belochus Babyloniæ præfectus, rex Babyloniis factus. 12,13
Belochus X. rex Babyloniis. 9
Benedictus VIII. Papa. 256
Benedictus IX. Papa. 258
Benedictus X. Papa. 262
Benedictus XII. Papa. 308
Benedictus XIII. Papa 319
Beneficiorū pluralitas. 185
Benmerodach. 15
Berengarius. 247
Berosus. 11
Bertha uxor Henr. Imp. 264
Betica vulgò regnum Granatæ. 326
Bibliotheca Lucii Luculli. 100
Bibuli Poëtæ. 126
Bochus rex Mauritaniæ. 90
Boii. 90
Boleslaus, rex Poloniæ. 256
Bonifacii sextus Decretalium liber. 303
Bonifacius I. Episcopus Romanus. 174
Bonifacius II. Episcopus Romanus. 198
Bonifacius III. Episcopus Romanus. 203
Bonifacius VIII. Papa. 302
Bonifacius Germanus. 215
Bononia. 218
Britannia Romanis subjecta. 104
Britannia deficit. 130
Britannia minor. 232
Britanni oppressi ab Anglis 179
Brixiæ conventus. 274
Brundusium. 108
Bruno fit Papa. 254
Bucco Halberstadensis Episcopus. 267
Bulgari. 209
Burchardus Suviæ dux. 249
Byzantium, 30,131

C.

CEcilius Poëta. 88
Cælestinus V. Pontifex. 303
Casena. 218
Cajus jureconsultus. 97
C. Antonius collega Ciceronis. 102
C. Aquilius Gallus jureconsultus. 97
C. Ateius Pacuvius jureconsultus. ibid.
C. Cæsar Caligula Germanici filius. 128
C. Cassius. 114

C. Claudius Nero. 124
C. Duilius. 63
C. Fabricius Luscinus. 60
C. Fulvius. 86
C. Jul. Cæsar. 104. & seq. aliquot pag.
C. Gracchus. 88
C. Julius orator. 97
C. Juventius jureconsultus. ibid.
C. Lælius Africanus. 88
C. Marcellus consul. 108
C. Marius 90,93
C. Martius Rutilius. 54
C. Octavii natalis. 103
C. Octavius nepos Cæsaris. 118
C. Popilius Lænas. 77
C. Servilius Hala. 52
C. Trebacius jurecons. 98
C. Trebonius. 114
Calanus Indus. 40
Calisthenes. 58
Calixtus II. Papa. 277
Cambyses. 25
Campania. 68,181
Campi Catalaunici. 181
Cannensis pugna. 66
Canones Apostolorū. 210,211
Cantabri. 1251
Capitolium. 54
Captivitas Babylonica. 16
Capua. 69
Carinus. 149
Carlomanni ducis Francorum edictum. 217
Carolus rex Francorum. 219
Carolus magnus salutatur Cæsar. 220
Carolus Crassus, Cæsar. 244
Carolus IV. Cæsar. 311
Carolus Martellus. 229
Carolus Pulcher, Galliæ rex. 308. & seq.
Carolus Simplex, Galliæ rex. 253
Carolus VI. Galliæ rex. 315
Carolus V. Cæs. 327. & seq.
Carthaginense Concilium tertium & quartum. 173
Carthaginense Concilium sextum. 174
Carthago deleta. 82
Carthago capta à Vandalis. 178
Carthago Roma vetustior. 61
Carus Imperator. 148
Casca. 114
Casimirus rex Poloniæ. 325
Caspii populi. 9
Cassander Macedonū rex. 44
Cassius Longinus. 128
Catalaunici campi. 181
Catilinæ ingenium. 103
Cato Uticensis. 112, 113
Caudinæ Furcæ. 56
Celestinus Papa. 175
Chalcedonense concilium. 184
Chaldæi. 4
Chaldæum seu Babylonicum regnum. 5
Chatti. 133
Childericus rex Francorū. 230

Christus natus. 121.
Christus crucifixus. 128
Cicero. 90, 100, 102 & seq.
Ciceronis mors. 119
Cimbri. 91
Cimon. 35
Cinna Jureconsultus. 97
Circumcisio. 6
Civitates Metropolitanæ per Italiam, Germaniam & Galliam. 235
Claudius Cæsar. 129
Claudius Drusi filius. 124
Clemens II Papa. 258
Clemens V Papa. 305, 306
Clemens VI Papa. 309
Clementinæ leges. 291, 306
Cleopatra. 110, 120
Cleopatræ obitus. 120
Clodovetus rex Francorum. 190
Cn Domitius. 114
Cn. & P. Scipiones Aphricani. 64
Cn. Papyrius Carbo. 95
Cn. Pompeius M. 106. & seqq.
Cn. Octavius. 94
Codex Justinianus. 196
Codrus. 35
Cœlibatus sacerdotum. 267
Comagene. 131
Commodus Antonius. 136
Compenium oppidum. 240
Conon. 35
Conradus Cæsar. 248
Conradus II Cæsar. 257
Conradus III Cæsar. 279
Constans Constantini M. F. 155, 156
Constans Imperator. 207
Constantinus Magnus Imperator. 149, & seqq.
Constantinus Constantini filius. 156
Constantinus IV Barbatus Imperat. 208
Constantinopolitana Synodus sexta. 210
Constantinus Pontifex Romanus. 211
Constantinus V Imperator, cognomento Copronymus. 215
Constantinus Monomachus. 221
Constantinus VI Imp. 218
Constantius. 161
Constantius Chlorus 149
Constantiense concilium. 222
Constantinopolitana Synodus. 171
Constantinopolis capta à Turcis. 325
Corduben. Poëtæ. 127
Corinthus deleta. 84
Coriolanus exul. 29
Cornelius Episcopus Romanus. 142
Corsica. 64
Crescentius consul Romanus. 254
Crœsus rex Lydiæ. 23
Ctesiphon. 150

Curia Pompeii. 114
Cyprianus Episcopus Carthaginenſis. 142
Cyprus. 30
Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus. 174
Cyrus Darii filius, minor. 36
Cyrus rex Perſarum, ſecundæ Monarchiæ conditor. 24

D.

Daci. 128, 132, 136
Dalmatæ. 125
Dalmatia ſubacta. 80
Damaſus Epiſcopus Romanus. 171
Damaſus II Papa. 259
Damocles paraſitus. 59
Dani. 233
Daniel. 9
Darius filius Hyſtaſpis. 22, 23
Darius Medus Aſtyagis filius, ab aliis Cyaxares nominatus. ibid.
Darius Nothus. 33
Darius rex Perſarum poſtremus. 37
Darii luxus. 43
David rex Iſrael. 7
Decemviri. 51
Decius Imperator. 140
Decius Junius Brutus. 85
Decretales Epiſtolæ. 290
Decumæ ſacrorum provinciæ Galliæ, Pontifici conceſſæ. 308
Deliquium Solis. 179
Demochates. 58
Demoſthenes. ibid.
Deſiderius Longobardorum rex. 219, 237
Dicæarchus. 57
Diluvium. 2, 3
Diocletianus Imperator. 149
Dionyſius Syracuſanorum tyrannus. 58
Dionyſiopolis. 324
Diſſidium Græcorum & Latinorum. 287
Diſſidium inter Gallos & Anglos 310
Donatio Conſtantini. 155
Druſus. 123, 124

E.

Eburones. 217
Edvardus 3. Angliæ rex. 311
Eginhardus ſcriba Caroli Magni. 236
Electio Cæſarum inſtituta. 255
Ennii nativitas. 64
Ennii mors. 79
Epheſina Synodus. 175
Epaminondas. 35
Epiſcopi officium. 164
Erphurdiæ Epiſcopatus. 216
Eſtias. 14
Eucherius Stiliconis filius. 176
Eugenius IV Papa. 321
Eulalius, Epiſcopus Carthaginenſis. 158
Euſebius. 2

Euſta-

Euſtachii hæreſis. 157
Evilmerodach filius Nabuchodonoſoris. 21
Eutyches. 184
Exarchatus. 200
Exarchatus oppida Pontifici cedunt. 218
Explicatio vaticinii Danielis de quatuor animalibus. 331
Extravagantes. 291
Ezechias rex Juda. 14

F.

FAbia gens. 50,51
Fabius Maxim. 64,88
Faliſci. 61,64
Favonia. 218
Ferdinandus rex Hiſpaniæ. 326
Fl. Claudius Imperator. 145
Fl. Domitianus. 132
Flavius Priſcus jurisconſultus. 97
Florentius jurisconſ. 137
Formoſus Pontifex Romanus. 145
Forum Julii. 235
Forum Livii. 218
Forum populi. ibid.
Francia. 228
Franciſcus rex Galliæ. 319
Francones Germani. 147, 228
Frederic. Lotharingius creatur Papa. 262
Fredericus comes Palatinus. 268
Fredericus Ænobarbus Cæſar. 280, 281
Fredericus II. Cæſar. 286
Fredericus III. Auſtriacus Cæſar. 323
Freder. Auſtriæ dux. 307
Furcæ Caudinæ. 56
Furnius Poëta. 126
Fuſcus Poëta. ibid.

G.

GAleatius Dux Mediolani. 318
Galerius Imp. 149
Galli. 294
Galli Senones. 55
Gallia Belgica. 235, 245
Gallia Celtica. 104
Gallia Romanis ſubjecta. ibid.
Gallicæ nationis Concilia. 241
Gallienus Imp. 144, 228
Gallus Hoſtiliãus Imp. 141
Gallus legatus Conſtantii. 161
Gangræ Synodus. 158
Gelaſius Epiſcopus Romanus. 189
Gelaſius II. Papa. 277
Genſericus Vandalorum rex. 183
Genſericus rex Gothorum. 176
Gepidæ. 187
Gergoviæ Concilium. 241
Germani. 135, 136, 227
Germãicus Druſi filius. 124

Cer-

Germania Cæſarum domicilium. 328
Gibellini. 304
Godefridus Bulionis. 275
Gordianus Imperator. 139, 140
Gorgias. 58
Gothi. 144
Gothi Romam capiunt. 172
Gradus urbs. 235
Granatæ regnum. 326
Gratianus. 210
Gratianus Imperator. 168
Gratiani decretū. 230, 250
Græcorum Imper. tertia monarchia. 39
Gregorius I. Epiſcopus Romanus. 202
Gregorius II. Papa. 214
Gregorius III. Papa. 215
Gregorius IV. Papa. 243
Gregorius V. Papa. 254
Gregorius VI. Papa. 258
Gregorius VII. Papa. 267
Gregorius IX. Papa. 288
Gregorius XI. Papa. 319
Gregorius XII. Papa. ibid.
Gregorianus Codex. 196
Guelphi & Gibellini. 304
Guilielmus, Epiſcopus Pariſienſis. 294
Guilielmus rex Siciliæ. 284

H.

HAla. 114
Hanno. 63
Hedui. 104
Heliogabalus. 138
Helleſpontus. 23
Helvetii. 103
Henricus Superbus Bavariæ dux. 279
Henricus Auceps, Cæſar. 260
Henricus I. Galliæ rex. 248
Henricus II. Cæſar. 256
Henricus III. Cæſar. 258
Henricus IV. 260. & ſeq.
Henricus V. Cæſar. 277
Henricus VI. Cæſar. 284
Henricus VII. Cæſar. 303, 304
Heraclides. 57
Heraclius Imperator. 203
Hermogenianus jureconſultus. 137
Hermogenianus codex. 196
Hermocrates Syracuſanus. 33
Herodes Agrippa. 119
Herodes Antipa. ibid.
Herodes Magnus. 121, 125
Herodotus. 29
Heruli. 186
Hetruria. 102
Hetruſci. 61
Hieremias. 21
Hieronymus. 171
Hieronymus Pragenſis 321
Hieroſolyma capta à Nabuchodonoſore. 16
Hieroſolyma ædificata. 25
Hieroſolyma expugnata à Pompeio. 103

Hierosolyma deleta à Vespasiano. 131
Hildebrandus rex Gothorum. 194
Hippias. 58
Homerus. 41
Honorius Imp. 170,172
Honorius III. Papa. 288
Horatius Poëta. 126
Hoseas rex Israel. 14
Huni. 167,168,179,190
Hungari irruunt in Pannoniam. 246
Hugo Italiæ rex. 247
Hyperides. 58
Hystaspes. 26

I.

Jacob Patriarcha. 7
Jacobi Apostoli mors 129
Jagello, rex Poloniæ, vocatus Vladislaus. 306
Janiculum. 94
Jechonias rex Juda. 15
Jesu Christi nativitas. 121
Jesus Christus crucifixus. 128
Ignatius Constantinopolitanus Episcopus. 244
Illyrii. 64
Illyrii domiti ab Augusto. 125
Imperium Romanum quomodo dissipatum. 327
Imperium seu Monarchia Chaldæorum. 5
Innocentius I. Episc. Romanus. 172
Innocentius II. Papa. 278
Innocentius III. Papa. 285
Innocentius IV. Papa. 295
Innocentius VI. Papa. 311
Insubres. 64
Insubria, vulgo Longobardia. 329
Interregnum. 147,257,319
Jojachim rex Juda. 15
Johannis Baptistæ mors. 129
Johannes rex Bohemiæ. 304
Johannes Episc. Placentinus. 254
Johannes Philippi Audacis Burgundiæ ducis filius. 313
Johan Philippi Valesii filius rex Galliæ. ibid.
Johannes Evangelista. 152
Johannes Chrysostomus. 172
Johannes Constantinopolitanus Episcopus 202
Johannes Galeatius, dux Mediolani creatus. 314
Johannes I. Episcopus Romanus. 191,192
Johannes VIII Papa. 244
Johannes XII. Papa. 251
Johannes XVII Papa. 254
Johannes XXII. Papa. 307,319
Johannes XXIII Papa. 257
Johannes Hussus. 320
Jovinianus Imperator. 165
Jovis Olympii templum Hierosolymis. 133

Irene Imperatrix. 219
Isaac. 6
Isabella regina Angliæ. 310
Isocrates. 58
Israelitici populi migratio ex Ægypto. 7
Israelitarum servitus in Ægypto. ibid.
Italia. 328
Juba rex Mauritaniæ. 112
Judæa Romanis tributaria. 103
Judices Israelitarum. 7
Jugurtha Numidiæ rex. 90
Julianus Imp. 161, 162
Julii I. pontificis Epistolæ. ibid.
Julius II. pontifex. 241
Julius Vindex. 130
Jupiter Belus. 6
Justinianus Imperator. 193, 195 & seqq.
Justinianus Codex. 196
Justinianus II. Imperator. 211
Justinus I. Imperator. 191
Justinus II. Imperator. 195, 199
Justus Callistratus jureconsultus. 137
Juvenalis Poëta. 132

L.

Labassardach rex Babyloniæ. 20
Lacedæmoniorum fœdus cum rege Persarum. 34
Lacedæmonii Græcorum potentissimi. 30
Ladislaus Chunus Vngariæ rex. 299
Ladislaus Alberti Cæsaris F. 325
Lamech. 3
Laomedon. 44
Longobardi. 199, 288
Longobardia. 282, 329
Lateranense consilium. 286
Latini. 61
Latium. 46
Leges Gracchorum. 88
Leges Julii Cæsaris. 115
Leges Octavii. ibid.
Leges Syllæ. 96
Legiones veteranæ. 225
Legiones Imperii Romani. 125
Leo Armenius, Cæsar Græcus. 239
Leo I. Imperator. 185
Leo II. Imperator. 209
Leo IV. Imperator. 218
Leonis I. Episcopi Romani epistolæ. 182
Leonis II. Epistolæ. 209
Leo III. Papa. 220
Leonis VIII. Papæ decretum. 257
Leo IX. Papa. 259
Leonidas. 35
Leontini. 33
Leontius Imperator. 211
Leosthenes. 35
Leorychidas. ibid.
Lex Agraria. 85
Libri conciliorum. 153, 154

Licinius, Cæſar. 152
Licinius Poëta. 85
Ligures. 64
Linguarum conturbatio. 4
Litorius. 178
Læchus fl. 246, 251
Lotharingia. 253
Lotharius Galliæ rex. ibid.
Lotharius Cæſar. 242
Lotharius III. Cæſar. 277
Lucani populus Italiæ. 92
Lucania. 61
Lucanus Poëta. 130
Lucilius Poëta. 88
Lucius Epiſcopus Romanus. 142
L. Æmylius Paulus. 79
L. Aurelius Verus. 135
L. Calphurnius Beſtia. 90
L. Cornelius Cinna. 94
L. Cornelius Scipio. 65
L. Cornelius Scipio Aſiaticus. 74
L. Craſſus Orator. 97
L. Junius Brutus. 49
L. Lentulus. 108
L. Lucilius Balbus, jureconſultus. 97
L. Lucullus. 96
L. Mummius. 84
L. Rapirius Curſor. 54
L. Piſo. 103
L. Quintus Cincinnatus. 52
L. Sylla. 93, & ſeq.
L. Virginius. 51
L. Volulius Metianus jureconſ. 134
L. Volumnius. 54
Luceria. 207
Ludovicus Germaniæ rex. 244
Ludovicus Cæſ. Caroli. M. filius. 235, 239, & 240.
Ludovicus II. Cæſar. 242
Ludovicus III. Cæſar, Balbus. 244
Ludovicus IV. Cæſar. 309
Ludovicus IX. Galliæ rex. 294
Ludovicus XII. Galliæ rex. 241, 242
Ludovicus dux Aurelianenſis. 316
Lugdunenſ. Concilium. 295
Luitboldus Othonis Cæſaris filius. 250
Luppia flumen. 124
Lupold. Bavariæ dux. 279
Luſitania. 72, 85
Lutetia. 228
Lyſias. 58, 82
Lyſimachus. 44
Lyſippus. 41

M.

Macedonia provincia facta. 79
Macedonii hæreſis. 171
Macer jureconſultus. 137
Macrinus Cæſar. ibid.
Magnentius. 160
Magnus dux Saxoniæ. 268
Magogum regnum. 5
Mahometi nativitas. 202
Mahometus. 205

Maho-

Mahometus Amuratbis filius, Turcarũ Imper. 325
Mahometus II. 222
Majoranus Imperator. 185
Major domûs idem qui præfectus Palatii. 229
Mamelus rex Babyloniæ. 10
Mamitus rex Babyloniæ. ibid.
Manabes rex Israel. 13
Mantaleus rex Babylon. 10
Mancinus. 85
Manfredus Frid II. filius nothus. 296
Manius Curius Dentatus. 61, 64
Marcellus. ibid.
Marcellus Episcopus Romanus. 150
Marcomani. 135
M & D. Brutus. 114
M. Antonius orator. 97
M. Antonius collega Cæsaris. 114
M. Antonii oratoris obitus. 102
M. Antonius Philosophus Cæsar. 134
M. Attilius Regulus. 92
M. Claud. Marcellus. 67
M. Cocceius Nerva. 128
M. Cornelius Cethegus. 81
M. Crassus. 107
M. Furius Camillus. 53
M. Fulvius Nobilior. 75
M. Glabrio. 73
M. Lepidus Prætor. 109, 119, 120
M. Livius Salinator. 70
M. Manlius. 53
M. Perpennæ. 87
M. Portius Cato. 36, 112, 113
M. Tull. Cicer. natales 90
M. Valerius Corvinus. 54
Marrucini populus Ital. 92
Marsi populus Italiæ. ibid.
Martialis. 132
Martianus Cæsar. 182
Martianus V. Papa. 321
Masanissa Numidiæ rex. 80
Massilia obsessa à Cæs. 109
Mauritius Cæsar. 201
Mauritani. 213
Maximianus Cæsar. 149
Maxentius Cæsar. 151
Maximilianus Cæsar. 325
Maximinus Cæsar. 138
Maximus jureconsl. 137
Mediolanum evertitur. 282
Medum regnum. 5
Menander jureconsl. 137
Menapii. 228
Menna Patriarcha Constantinopol. 197
Merodach Babyloniæ præfectus. 15
Merseburgenses Episcopatus. 216
Messala Poëta. 126
Metaurus flumen. 124
Methusalah. 3
Metropolitanæ civitates. 235
Metropolitani Episcopi officium. 164

Michael Imp. Græcus. 244
Miltiades. 35
Minturnæ. 93
Mithridates 92,96,100
Mirandula. 2
Moabitarum reges. 16
Modestinus jurisconsult. 138
Moguntina Synodus. 234
Monarchia I. 19
Monarchia II. 24
Monarchia III. 39
Monarchia IV. 116
Mœsia. 140
Morini. 228
Mosa fluvius. 122,227,242
Moscum regnum. 5
Moses. 7
Mysia. 201

N.

Nabuchodonosor. 15
Nabuchodonosoris potentia. 19
Nabuchodonosoris somnium. 17
Nabuchodonosoris superbiæ exemplum. 20
Narses rex Persarum. 149
Narses Eunuchus. 195,199
Neapolitanum regnum cedit Gallis. 298
Nero Claudius Cæsar. 129
Nerva Coccius. 128
Nervii. 228
Nestorii hæresis. 175
Nævius. 76
Niçenum concilium. 156
Nicephorus Imp. 221,234
Nicias. 34
Nicolai I. Papæ ad Mich. Imp. Græcum Epist. 263
Nicolaus V. Papa. 324
Nicomedes Bithyniæ rex. 92,56
Nicopolis. 315
Niger. 136
Nimrod Nohæ pronepos. Primus rex Baby. Robustus Venator, Saturnus ab aliis nuncupatus. 5,6
Ninive urbs. ibid.
Ninus. 6
Noha. 6,7. *moritur.* ibid.
Nordmanni. 245
Novellæ constitutiones. 196
Numantia deleta. 85
Numerianus. 149

O.

Oceänus Britänicus. 242
Ochus. 37
Occidentis Imperium ad Germanos translatum. 221
Odenatus rex Syriæ. 146
Odoacer. 186,187
Orestes, Patricius Romanus. 186
Otho Cæsar. 251
Otho II. Cæsar. 253
Otho III. Cæsar. 254
Otho IV. Imperator. 285
Otho, Saxoniæ princeps. 248
Otho Bavariæ dux. 268
Ottocarus Bohemiæ rex. 298
Ottomannus Turcicæ Monarchiæ princeps. 232

P.

Pacuvius Poëta. 88
Palatinus princeps ignominiosè mulctatur. 282
Palmyra. 146
Pandectæ. 196
Pannonii. 125
Papatus triceps. 318
Papinianus trucidatus. 137
Papyrius Fronto jureconsultus. ibid.
Proceres regni Galliæ. 310
Parisina Academia. 238
Parma. 218
Parthi. 128
Parthicum bellum. 107
Paschalis Papa. 239
Paschalis II. Papa. 275
Paulus jureconsultus. 138
Paulus Anazatus. 183
Pausanius Lacedæmoniorum dux. 30
Pelagius II. Episcopus Romanus. 202
Peligni populus Italiæ. 92
Peloponnesiacum bellū. 31
Pentapolis. 157
Peluſium. 15
Pericles. 31
Perseus Macedonū rex. 79
Persarum regū splendor. 43
Persicum imperium. 15,16
deletum. 38
Persæ. 201,203
Persius Poëta. 130
Petrarcha. 320
Petreius. 109
Petrus Hungariæ rex. 258
Petrus Apostolus. 152
Phalaris tyrannus. 83
Phalerius Demetrius. 58
Pharnaces Mithridatis filius. 111
Philippicus Bardanes Imperator. 223
Philippus Imperator. 140
Philippus Cæsar. 285
Philippus fortis Burgundiæ dux. 313
Philippus pater Caroli Quinti. 327
Philippus Macedonum rex. 73,78
Philippus I Galliæ rex. 275
Philippus Pulcher Galliæ rex. 303, 306
Philippus Valesius. 310
Philippus Marius Mediolanenſis. 321
Philopœmen. 35
Phocas Imperator. 202
Phocius Constantinopol. Episcopus. 224
Phrygia. 93
Phul, Assur, cognomento Tiglath Pileſſer. 13
Picentes populus Italiæ. 92
Picti populi. 177,179
Pipinus. 218
Piſiſtratus. 48
Placentia. 218
Plato. 57
Plautus. 76
Plotius Poëta. 126

Poly-

Polydorus Spartanus. 35
Pomko. 57
Polonici regni initium. 256
Pollio Poëta. 126
Pomponius IC. 138
Pontificia ſedes Avenionem tranſlata. 305
Primatus Pontifi. Rom. 203
Probus Imperator. 147
Prodicus. 58
Protagoras. ibid.
Pruſias Bithyniæ rex. 76
Ptolomæus Auletes Ægypti rex. 106
Ptolomæus Dionyſius rex Ægypti. 110
Ptolomæus Epiphanes. 73
Ptolom. Philadelphi laus. 45
Ptolomæus Philometor. 77
P. Alpheus Varus jureconſultus. 97
P. Cæcilius jureconſ. ibid.
P. Clodius. 105
P. Decius Mus. 55
P. Corn. Scipio moritur 75
P. Corn. Scipio P. filius. 70
P. Cornelius Naſica. 80, 81
P. Philo. 54
P. Scipio Africanus. 75
P. Scipio Africanus oppreſſus. 87
P. Scipio Æmilianus. 85
P. Servilius Iſauricus. 109
P. Servius Sulpitius. 97
Pupienus & Balbinus Imperatores. 139
Pyrenæus mons. 233
Pyrenæus ſaltus. 232, 242
Pyrrhus Epirotarū rex. 59
Pythagoras. 48
Python. 44

Q.

Quadi. 135
Quintilius Varus. 124
Q. Cæcilius Metellus. 90
Quint. Catulus Orator. 97
Quint. Fabius Maximus. 65, 66
Q. Hortenſii natales. 90
Q. Hortenſii mors. 119
Q. Luctatius Catulus. 64
Q. Mutius Scævola. 97
Quintus Sertorius. 98
Quint. Tull. Cimber. 114

R.

Ravenna urbs. 218
Ravennas Epiſcop. 211
Reductio populi Judaici ex captivitate Babylonica. 25
Reges Romanorum. 47
Rhegia. 218
Rhemenſe Concilium. 234
Rheti. 123
Rhenus fl. 122, 227, 229
Rhodus. 131
Rhodii equites. 306
Robertus Galliæ rex. 255
Rober. Cæſ. Palatinus. 317
Rodericus Hiſpan. rex. 213
Rogerius Siciliæ rex. 278
Romanū imperium quarta Monarchia. 45, 116
Romanorum legati in Græciam. 51

Roma-

Romanorum reges. 47
Romanorum conſules. 49
Romanorũ decem viri. 51
Romæ urbis initium. 46
Roma capta. 175, 181
Roma ſpoliata. 208
Romulus. 46
Rudolphus Habſpurgius Cæſar. 298
Rudolphus Suevia dux. 274
Ruffinus. 170, 172
Ruffinus IC. 137
Rugi populus. 188
Ruteni populi. 88

S.

Sabatius Sagarum rex. 6
Saguntum. 65
Salaſſii. 125
Salmanaſſer. 13
Salvius Julianus IC. 134
Samaria expugnat. 13, 14
Samnites. 61, 92
Sandeniſium. 228
Sapores rex Perſarum. 140
Saraceni. 204
Saraſar filius Senacher. 15
Sardanapalus rex Babyloniæ. 11
Sardinia. 64
Sarmatæ. 128, 147
Saul rex Iſrael. 7
Saxones. 166
Saxonicũ bellum. 231, 232
Scoti. 179
Scythæ. 140, 204
Seleucus rex Syriæ. 44
Semiramis. 9, 10
Sennacherib. 14
Seneca. 130
Septemviri Germaniæ. 330
Septimius Severus Cæſ. 136
Sergius Galba. 130
Servius Porta. 126
Servius Tullus. 48
Servorum tumultus in Sicilia. 86
Seſtus oppidum. 29
Severus. 151, 153
Sextus Papyrius IC. 97
Sextus Pompeius. 113
Sextus Roſcius. 97
Siciliæ latitudo. 35
Siciliæ reges Pontif. ſunt devincti. 300
Sigiſmundus Cæſar. 318
Silius Italicus. 130
Silveſter Epiſc. Rom. 292
Silveſter III. Papa. 258
Sirochus Perſarũ rex. 204
Socrates. 57
Solon. 48
Solymãus Turcarũ Imp. 222
Sophocles Poeta Tragicus. 32
Spartanus Rex Babyloniæ. 10
Speuſippus. 57
Sphærus rex Babyloniæ. 10
Sp. Manlius. 54
Sp. Poſthumius Albinus. 56
Statius. 132
Stephanus martyr. 152
Stephãus Hũgariæ rex. 257
Stephanus II. Papa. 217
Stephanus IV. Papa. 239
Stephanus IX. Papa. 262

Stilico. 170,175
Strato. 57
Sueſſiones. 228
Suevi. 123,229
Sylverius Epiſc. Rom. 199
Symmachus Epiſcopus Romanus. 187
Syracuſarum deſcriptio. 68
Syracuſa expugnata. 69
Syracuſani. 34
Syracuſani portus deſcriptio. 35

T.

Tacitus Imperator. 147
Tarpejum Saxum. 54
Tarquinius Collatinus. 50
Tarquinius Superbus. 49
Tarruntius Paternus, jureconſultus. 137
Taſſilo dux Bavariæ. 232
Tartari. 167
Taurus mons. 74
Taurus Phalaridis. 83
Tertullianus IC. 134
Templarii trucidantur. 305, 306
Terentius Clemens IC. 137
Terentius. 88
Thebæ. 37
Themiſtocles. 30
Theodatus rex Gothor. 194
Theodora Juſtiniani uxor. 195,199
Theodoricus Gothorum rex. 181
Theodoricus Oſtragothorum. 187,188
Theodoſius Imp. 168,170
Theodoſius Arcadii filius Imperat. 175
Theodoſius III. Imp. 213
Theodoſianus codex. 196
Theophraſtus. 57
Theutoni. 91
Thucydides. 31
Theuringi. 214
Tiberius Cæſar. 127
Tiberius Nero, pater Tiberii Cæſaris. 128
Tiberius II. Imper. 201
Tiberius III. Imper. 212
Tiberius Gracchus. 89
Ticinum. 65
Tiglat. Pileſſer. 13
Tigranes Armeniæ rex. 99
Titius Caſius jureconſ. 97
Titus & Tiberius filii L. Junii Bruti. 49
Titus Veſpaſianus. 131
T. Annius Milo. 107
T. Manlius Torquatus. 55
T. Quinius Flaminius. 72
T. Sempronius Longus. 65
T. Veturius Calvinus. 56
Toletanum concilium 4. 206
Totilas Gothorum rex. 194, 195
Trajectum oppidum. 258
Traſmenus lacus. 65
Treb. llius Bulgariæ rex. 212
Trebia flumen. 65
Treviri. 228
Tribonianus jureconſultus. 196

Tribuniæ concilium. 246
Tribuni militum Romæ. 53
Triumviratus Romæ. 119
Trojanum bellum. 46
Typhonius jureconſ. 137
Tuneta. 328
Turcæ & Turcicum regnum. 221, 222
Turrianus præfectus Mediolani. 304
Turonenſe concilium. 235
Tuſcianus jureconſult. 134
Typographicæ artis inventio. 322
Tyridates Armeniorum rex. 142

V.

VAlens Imper. 166, 167
Valentinianus Imp. 168
Valentinianus Honorii ſororis F. Imper. 177
Valentiniani atque Valentis edictum. 167
Valentinianus Gratiani filius 169
Valerianus Imperator. 143
Valgius poëta. 126
Vandali 135
Varius poëta. 126
Varna. 324
Vaſcones. 232
Vbii. 123
Vejentes. 61
Venetorũ urbs condita. 182
Venetorũ potentia. 226, 227
Venuleus Celſus jureconſ. 137
Veſontion. 104
Veſpaſianus Cæſar. 131
Veſperæ Siculæ. 301
Veſtini populi. 92
Vicecomites Mediolanenſes. 312
Victor I. gatus pontificis Romani. 192
Victor II. Papa. 260
Victor III. Papa. 274
Vienna Galliæ oppidũ. 125
Viennenſe concilium. 306
Vigilius Epiſc. Rom. 199
Vincentius Pontificis legatus. 192
Vindelici. 123
Vinidius Verus jureconſultus. 134
Vlpius Marcollus. ibid.
Virgilius. 126
Viriatus. 85
Viſci duo poëtæ. 126
Viterbium vaſtatum. 289
Vitiges Gothorum rex. 194
Vladiſlaus Poloniæ & Vngariæ rex. 324
Vlpianus Papiniani diſcipulus. 138
Vlpius Marcellus jureconſultus. 134
Vlpius Trajanus Cæſ. 132
Vmbri populus Italiæ. 92
Volſcorum bellum in Romanos. 29
Voluſianus Cæſar. 142
Vrbanus II. Papa. 274
Vrbanus VI. Papa. 320

W.

Wallis rex Gothorũ. 176
Wandali. 177
Welpho Dux Bavariæ. 279
Wenceslaus Cæsar. 312, 317
Westphalia. 123
Wormatiæ conventus. 268

X.

Xantippus. 35
Xenocrates Philosoph. 42, 57
Xenophon Socraticus. 58
Xerxes quid? 9
Xerxes filius Darii. 28

Z.

Zacharias Papa. 216
Zameis rex Babyloniæ. 9
Zedechias rex Juda. 16
Zeno Isauricus Imperator. 186
Zopyrus. 27
Zozimus Episcopus Rom. 173, 174

FINIS.